DE

L. ANNAEI SENECAE POËTAE TRAGICI CASUM USU RATIONE POTISSIMUM HABITA VERGILII, OVIDII, LUCANI.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

AUGUSTUS PREISING

GUESTFALUS.

MONASTERII GUESTF.

EX TYPOGRAPHIA ASCHENDORFFIANA

MDCCCLXXXXI.

PARENTIBUS OPTIMIS

SACRUM.

Hanc commentationem ut scriberem, duabus ex causis commotus sum. Ac primum quidem elocutionem L. Annaei Senecae poetae tragici ad casuum usum pertinentem quam accuratissime investigare mihi in animo erat, ut aliquid conferrem ad historicam linguae latinae grammaticam tractandam. Deinde aliquid in medium me protulisse puto ad quaestionem illam diiudicandam, num omnes tragoediae, quas sub Senecae nomine habemus, ab uno eodemque scriptore conscriptae sint necne. Octaviam quidem fabulam non a Seneca esse inter omnes constat, attamen non supervacaneum esse puto annotare, quae in hac tragoedia ad casuum usum pertinentia inveni. Caeterarum tragoediarum Richter. qui in dissertatione sua ‚de Senecae tragoediarum auctore' (1862) praecipue de rebus prosodiacis et metricis agit, Oedipum, Agamemnonem, Herculem Oetaeum a Seneca abiudicat, sed a parte hanc sententiam refutavit P. Habrucker (Quaestionum Annaearum capita IV Regimenti Prussorum 1873) qui et Oedipum et Agamemnonem Senecam habere auctorem contendit. At cum Richter hanc quaestionem ad finem se perducere posse putaret perquirendo et comparando inter se singulas fabulas in omni genere dicendi, Habrucker artem scaenicam gravioris momenti esse censuit et hac ratione Herculem Oetaeum Senecae legibus scaenicis non respondere invenit. Atque non totam fabulam spuriam esse ratus genuinam formam detegere studuit. Sed mea sententia ambae perquirendi viae coniungendae sunt atque arte scaenica sane non neglecta etiam res prosodiacae, metricae, grammaticae pervestigandae sunt, ut hoc modo perspici possit, num his omnibus in rebus tales discrepantiae exstent inter Herculem Oetaeum et ceteras fabulas, ut omnes non ab uno eodemque scriptore conscriptas esse appareat. Hanc viam iam ingressus est Leo (de

Senecae tragoediis observationes criticae 1878) qui iam multa attulit, quibus efficiatur a Seneca hanc tragoediam alienam videri. Qua de causa ego quoque quae in casuum usu discrimina inter Herculem Oetaeum et ceteras fabulas inveni, in extrema commentationis parte componam. Elucet, ne nunc quidem quaestionem illam prorsus absolutam esse, sed restare, ut ceterae syntaxis partaxis partes tractentur, quamquam iam nunc certum iudicium nobis facere licet. In versibus citandis editionem Leonis secutus sum.

De Accusativo.

Non mirum est Senecam cum in fabulis suis plerumque poetas Graecos imitatus sit, etiam multis in rebus grammaticis Graecorum elocutionem secutum esse. Quod quidem ita se habere Senecae syntaxin tractantes saepius inveniemus. Atque ut ab accusativi usu ordiar, nonnulla verba non congruenter cum bonis scriptoribus aut transitive aut intransitive usurpat. In his verbis commemorandis, ut in tota hac commentatione in universum Draegerum (‚historische Grammatik der lat. Sprache' editio secunda Lipsiis 1878) sequi liceat, in singulis quidem rebus aliam mihi aptiorem viam ingressus sum.

‚profugere' Seneca saepius cum accusativo coniungit, cum apud scriptores aureae aetatis casus obiecti non addatur. Herc. fur. 977 ‚umbras'; Phdr. 835 ‚noctis aeternae plagam'. Verbum quod est decet Seneca saepius, ut Ovidius, subiecto addito usurpat, (dedecet apud Senecam non legitur, semel addecet: Oed. 294) cf. Tr. 1003 ‚hic decet te sanguis'; Phdr. 453 ‚laetitia iuvenem frons decet tristis senem'; ib. 610, 803; Med. 50; Oed. 1003; Ag. 124, ib. 960. — ‚manere' si significat ‚erwarten' iam apud Livium, Vergilium Ovidium cum accusativo invenitur, cf. Herc. fur. 395, 1341; Tr. 621, 858, 923; Med. 543; Phdr. 1228; Oct. 530, 642. — De verbis ‚pudet, poenitet' etc. annotandum est, participia, pudendûs, poenitendus' saepius sicut adiectiva usurpata esse, quod raro — ut equidem vidi — apud Verg., saepissime autem apud Ov. invenitur. (cf. Hau ‚de casuum usu Ovidiano' Monast. 1884 pag. 7) cf. Herc. fur. 1035 ‚pudendi regis excisa est domus'; Oed. 260; Thy. 625 sequ., Oed. 837 ‚poenitendi sanguinis quaeram fidem'. — Vocem ‚perosus' Seneca ut Livius, Verg. Ov. cum accusativo coniungit Phdr. 124 ‚stirpem perosa Solis invisi Venus (sic enim certe legendum est, non perosam quod cod. E exhibet); exosus legi

1 *

Phdr. 230 ‚exosus omne feminae nomen fugit', sed hoc loco accusativus ‚nomen' simul a verbo fugiendi pendet.

Multa verba, quibus animi affectus significatur, Seneca dissentiens a bonis scriptoribus transitive usurpat. Draeger p. 360 citat Herc. Oet. 1062 (1058 ed. Leo) ‚nec dammae trepidant lupos'. Hoc uno loco verbum trepidandi transitive construitur, aliis locis semper intransitive. cf. Herc. fur. 778 ‚tum victa trepidant monstra'; Oed. 354; Phdr. 427; ib. 847; Thy. 828. Huic a Draegero allato exemplo adiungo: ‚dolere' Verg. nunquam, Sen. ut Ov. rarissime cum accusativo substantivi construit, saepius cum abl., Ov. etiam cum praep. ‚de': Ag. 579 ‚utrumne doleam laeter an reducem virum'. Cum ablativo et personae et rei cf. Oed. 260; Thy. 1104; Herc. Oet. 1104; ib. 1464 ‚laeso'. — ‚flere' vicies cum accusativo atque saepius cum acc. personae quam rei inveni. Non ita meliores prosae orationis scriptores hoc verbo utuntur, legitur autem acc. apud Tacitum et apud poetas, velut apud Verg. Ov. Luc. cf. Herc. fur. 258 ‚Thebas'; ib. 581 ‚Eurydicen'; Tr. 98; ib. 116; 1060, 1170 etc. — Forma passiva exstat: Tr. 1100 ‚qui fletur'. ‚gaudere' ut a Verg. Ov. semper cum ablativo construitur a Seneca: Oed. 6; Oct. 280, 983 etc. — ‚laetari' non legitur nisi Ag. 579 cum accusativo ‚laeter reducem virum' (non ita, ut videtur, Verg. Ov.) — ‚gemere' cum accusativo (ita Verg. Ov. Luc, Tr. 41 ‚ruinas'; Oed. 665; Herc. Oet. 190; ib. 761. — Item ingemo cum accusativo: Herc. Oet. 1785 ‚caesos patres'. Itaque etiam Herc. Oet. 1687 ex coniectura Heinsii recte legitur ‚periturum ingemit' (cod. E exhibet: ‚puerum', in A legitur ‚morituro'; ‚puerum' non apte legi vel ex sententia totius loci apparet, sermo enim est de Hercule.) — ‚horrere' iam apud Cic. cum accusativo, item apud Verg. Ov., apud Luc. praecipue cum accusativo personae, vel animalis (cf. Obermeier ‚der Sprachgebrauch des M. Annaeus Lucanus', Programm des Kgl. Maximilian-Gymnasiums München 1886) apud Sen. plerumque accusativus rei legitur cf. Herc. fur. 1155 ‚Herculis somnum'; Tr. 24, afflictam' (sc. Troiam); ib. 241 ‚exemplum'; ib. 535; Med. 353; Phdr. 344 sequ. ‚virgatas tigres' etc. — ‚lugere' cum accusativo atque totidem fere exemplis persona quot re addita (ita raro Cic. etiam Ov. Luc.) Phoen. 640 sequ. ‚hunc' Tr. 907 sequ.; Phdr. 1145 sequ. ‚maestos reditus'; Ag. 660; ib. 690, ut Phrygium lugeat Attin'. Herc. Oet. 582; ib. 1879. — ‚pavere' iam a Plauto, tum a Sallustio

cum accusativo, saepius a scriptoribus argenteae aetatis, saepissime a Luc., item a Sen. cf. Tr. 609 ,auspicium mortis'; Phdr. 495; Oed. 700; Herc. Oet. 1194. Item ,expavescere' (ita Luc.) Oed. 27; Thy. 40 ,fratrem'; ib. 610. — ,plorare' quod Horatius aliique poëtae cum accusativo coniungunt apud Senecam omnino non legi (ne apud Verg. quidem — quantum video — invenitur). ,queri' Seneca ut Verg. semper cum accusativo aut personae aut rei coniungit, constructiones quae sunt ,de aliquo', ,cum aliquo', ,alicui aliquid' quae apud Ov. leguntur, Sen. non usurpat. cf. Herc. fur. 298 ,reditus lentos'; Med. 422; Herc. Oet. 177, ib. 215 — ,stupere' (apud Verg. et Luc.) cum accusativo: cf. Thy. 815 sequ. sequ. ,stupet Eoos — / — / perversa sui / limina regni'; Herc. Oet 842 antiquiores editores scribunt: ,quid stupes factum scelus', quod legitur in A, i. e. in codicibus interpolatis, cum recentiores auctoritate codicis E nisi legant: ,quid stupes? factum est scelus', quod quidem, quia cod. E maiorem habet fidem praeferendum est. — ,terrere, territare, conterrere (Herc. Oet. 1705) exterrere (Herc. fur. 797) extimescere (Med. 529) etiam a ceteris scriptoribus cum accusativo coniunguntur. — ,tremere' a Livio et a Verg. Ov. Luc. cum accusativo, cf. Herc. fur. 259 ,quem dominum'; ib. 269; Tr. 262, ib. 317; Oed. 800; Herc. Oet. 1600 sequ.

Accusativum graecum qui dicitur Seneca saepe cum verbis passivis reflexive usurpatis et item cum verbis vere passivis et cum adiectivis coniungit. Atque unum quidem exemplum inveni, ubi verbum induendi cum accusativo construitur: Med. 751, pessimos induta vultus'. Neque hoc quidem loco re vera vestimentum est, quod plerumque hoc accusativo indicatur. Multa exempla accusativi apud verbum induendi ex Verg. Ov. Hor. citantur, ex Luc. unum profert Obermeier pg. 30 VIII 240 „raptos indutus amictus famuli."

Haec autem verba passiva reflexive usurpata Seneca cum accusativo graeco qui dicitur coniungit, atque accusativus ipse est corpus aut corporis pars, ad quam actio spectat: (eadem fere apud Verg. Ov. Luc. inveniuntur). ,velari': Herc. fur. 355 sequ. „tristi vestis obtentu caput velata'; Oct. 702, velata summum caput'. — ,tundi' Tr. 410 ,miserum tunsae pectus' (sich an die Brust schlagend) — ,ringi': Oed. 413, te decet cingi comam floribus vernis'; Herc. Oet. 578 ,cana rigentem populo cinctus comam' (vinctus quod in A traditur recte editores non receperunt in verborum

contextum.) — ‚praecingi‘: Oed. 438 ‚nebride sacra praecincta latus‘. — ‚vinciri‘ Herc. Oet. 789 ‚cana revinctus populo horrentem comam‘. — ‚redimiri‘: Oed. 430 ‚turgida pampineis redimitus tempora sertis.‘ — infici: Herc. fur. 499 ‚multo sanguine infectae manus.‘.

Fieri quidem interdum potest, ut non satis apertum sit, utrum verba reflexive aut vere passive usurpata sint, certe autem passive adhibet Sen. verba his exemplis: Tr. 558 sequ. sequ.: ‚non hostilibus confossa telis pectus / ac vinclis manes / secantibus praestricta, non acri latus / utrumque flamma cincta‘; Oed. 300 ‚curvoque nunquam colla depressam iugo‘; Ag. 367 ‚nullo collum signata iugo‘; Ag. 15 ‚ubi ille celeri corpus evinctus rota‘ (sic cum cod. E lego, non rotae, quod Leo scripsit.) Ag. 93 ‚nubibus ipsis inserta caput / turris‘ i. e. cuius caput insertum est; Herc. Oet. 213 ‚nondum teneras vestite genas / — Toxeu; Herc. Oet. 919 sequ. ‚effuso obrutus artus veneno‘.

Huc etiam pertinent verba passiva, quae actionem significant, quam subiectum in se fieri sinit: Med. 800 sequ. ‚tibi mota caput / — voces dedi; Oed. 625 ‚paedore foedo comam obtectus‘; Tr. 1133 sequ. ‚maestum caput demissa‘.

Etiam nonnulla adiectiva Sen. cum accusativo relationis coniungit: (semel hoc apud Plautum invenitur Pseud. 785; nam Most. 100 aliter explicandum est, cf. Lorenzii annotationem; saepius apud Verg. Ov. Luc.) ‚squalidus‘ Med. 14 ‚crinem solutis squalidae serpentibus, (sc. ultrices deae.) ‚incomptus‘ Ag. 586 sequ. ‚incomptae comas / Iliades adsunt‘. — ‚marcidus‘: Herc. Oet. 376 ‚hirtum Sabaea marcidus myrrha comam‘.

In constructione illorum verborum, quae cum praepositionibus ‚ad, ante, con. in, circum‘ composita sunt Sen. eo discrepat a melioribus scriptoribus, quod rarissime praepositionem adiungit. Consentit autem hac re cum Verg. et Ov. ‚cum Luc. saepius praepositionem addat. Nam duo exempla inveni apud Sen. et haec in Octavia tragoedia: Oct. 417 ‚in patris viscera intravit‘ et ib. 732 ‚irrupit intra tecta mea‘. Atque cum apud Ov. saepe forma passiva horum verborum exstet, apud Sen. raro illa legitur: ‚aditur‘ Herc. fur. 733; Herc. Oet. 1773. — ‚alluitur‘ Herc. fur. 886. — ‚circuitus: Med. 98. Haec verba Sen. cum accusativo coniungit (adire, adgredi, adoriri, inire, obsidere, percurrere, subruere, quae omnibus temporibus accusativum adscis-

cunt, omitto) ‚afflare': (apud Liv. Verg. Ov.) Herc. Oet. 1442 sequ. ‚ora Phoebeus modo / afflabat axis'. — ‚invadere' Cic. cum praep. ‚in' duobus tantum locis exceptis (cf. Kühnast, die Hauptpunkte der livianischen Syntax' pag. 146) Verg. et Ov. et Seneca semper transitive construunt cf. Herc. fur. 61; Med. 424; Oed. 659 etc. Item ‚intrare' excepto Oct. 417 semper accusativum adsciscit. Etiam Ov. rarissime praepositionem addit, Verg. et Liv. hoc verbum semper transitive usurpant, ceteri et transitive et intransitive. cf. Herc. fur. 533; Phdr. 661; Oed. 120; ib. 225; Med. 610. Mirum est, quoties hoc verbum in Oct. et Herc. Oet. repetatur: Oct. 150, 162, 277, 656 Herc. Oet. 538, 993, 1779 — ‚excedere' cum accusativo non apud Cic. (cf. Krebs, Antibarbarus s. v.) invenitur, saepius apud Liv. Ov. Luc. cf. Oed. 23; Thy. 865 sequ. ‚sidera': Herc. Oet. 44; ib. 260, ib. 1189 ‚evadere' cum accusativo (ita Verg.) Herc. fur. 1304 ‚metum'; Oed. 1001; Herc. Oet. 1433. ‚pererrare' poetice dictum, invenitur apud Verg. Ov. Luc. cum accusativo, item apud Sen.: Med. 368: Thy. 500 sequ. Herc. Oet. 1632 ‚diem'. ‚praevertere' (Verg. Ov.) Phdr. 254 ‚morte nefas'. — ‚transvehi, (apud Cic. semel cum acc. de fin. 5, 18, 49 ubi ex Homero nonnulla latine vertit cf. Draeger p. 382) Herc. fur. 889 ‚transvectus vada Tartari'. ‚antecedere' quod a multis scriptoribus et transitive et intransitive usurpatur (cf. Krebs), a Seneca semper transitive adhibetur (item a Caesare cf. Draeger pg. 380) cf. Tr. 1147 ‚Pyrrhum'; Phoen. 249, Herc. Oet. 73. ‚anteire' cum accusativo (Ov.) Ag. 453 ‚naves'.

Haec mihi addenda sunt de verbis intransitivis transitive usurpatis. Pars illius discrepantiae Graecorum imitationi tribuenda est atque eam primam affero: ‚iurare' (ita Cic. Verg. Ov. Luc.) Herc. fur. 712 ‚hunc iurant dei'; Tr. 391; Med. 7 sequ. Ag. 755; Herc. Oet. 1067. — ‚credor' (etiam Ov.) Tr. 34 sequ. ‚quaecunque Phoebas — / credi — praedixit mala. — ‚properare' apud Verg. Ov. transitive cf. Herc. fur. 867 ‚properare fatum'; Oed. 211; ‚flare'; (Ov.) Herc. fur. 183 — ‚silere' Seneca cum accusativo rei et personae coniungit (ita etiam Cic. Verg. Ov.) cf. Tr. 234 ‚merita'; Herc. Oet. 1425; ib. 39 cum acc. personae ‚nulla me tellus silet'. Forma passiva exstat Phdr. 563 ‚sileantur aliae'. Item Sen. congruenter cum Verg. et Ov. verbum quod est ‚tacere' cum accusativo construit (Cic. solum accusativum pronominis usurpat.) Tr. 36 ‚metus'; Med. 233 ‚ducem; Phdr. 558 ‚novercam'. Accusativum

pronominis saepius: cf. Tr. 534; Oed. 511; Thy. 192 etc. — Item ‚reticere': Oct. 800 ‚quae'. — ‚quiescere' significans ‚aufhoeren mit etwas'. von etwas ablassen' non videtur apud Verg. Ov. Luc. exstare. Herc. Oet. 1586 ‚quam tuas laudes populi quiescant'. — ‚sonare' cum accusativo (ut Antoine pg. 42 dicit a Verg. primum cum acc., invenitur etiam apud Hor. Tib. Ov. Luc.) Ag. 680 sequ. sequ. ‚Alcyones / Ceyca suum — / — sonent'; Herc. Oet. 200 ‚natumque sonat flebilis Atthis'. — ‚canere' ut ab aliis poetis Verg. Hor. Ov. Luc. notione ‚verherrlichen' a Sen. saepius cum accusativo coniungitur: Ag. 310 ‚Phoebum'; Herc. Oet. 414, 1698, 1982.

Praeterea commemoro nonnulla verba, quae rarius a scriptoribus aureae aetatis transitive construuntur:

‚habitare' cum accusativo coniungitur (non ita apud prosae orationis scriptores, sed apud poetas velut apud Verg. et Ov.) Phdr. 295 ‚terras'; Thy. 1048 sequ. ‚Caucasi rupem'. Forma passiva invenitur: Tr. 814; ib. 826. — ‚sitire' cum accusativo (ita Ov.) Tr. 957 ‚sanguinem'; Thy. 103 ‚cruorem' — ‚vergere'. (Lucr. Ov. Statius cum accusativo) Oed. 888 ‚nec vergens latus'. — ‚sistere' significans ‚hemmen', stillstehen machen' a Verg. et Ov. non a Cic. cum accusativo coniungitur. cf. Ag. 525 ‚sistite infestum mare'. — ‚iaculari cum accusativo rei (non videtur apud Ciceronem exstare, raro ita apud Verg. Hor. Ov. invenitur). Herc. fur. 1205, flammas iaculetur polus. — ‚fallere' ut apud Verg. et Ov. cum accusativo rei, non apud Ciceronem: Med. 396, ‚metum'. Notione ‚λανθάνειν', quam apud Liv. Verg. Ov. saepius habet, apud Sen. hoc. verbum non inveni. — ‚inquirere' quod scriptores vario modo construunt (Cic semper fere cum praepositione ‚in', Liv. semper cum accusativo, Ov. saepius cum accusativo quam cum praepositione, Verg. quantum video hoc verbo non utitur) Sen. semper cum accusativo coniungit: Phaedr. 1278 sequ., ‚corporis partes — / inquirite'; Herc. Oet. 483 ‚partemque in omnem vultus inquirens eat'. — ‚legere' ut apud Verg. et Ov. notione ‚vorbeifahren' cum accusativo: Med. 791 squ. ‚caelum'; Ag. 107 ‚terras'. Item ‚relegere spatia: Ag. 574. — ‚litare' apud bonos scriptores significat ‚auspiciis secundis sacrificare' et res, quae sacrificatur, in ablativo ponitur, sed apud Verg. et Luc. semel ,apud Ov. bis transitive construitur. Apud Sen. notionem habet: widmen, weihen': Med. 1019 sequ. ‚plura non habui dolor, / quae tibi litarem. Idem significat apud Luc. (I 632 ‚neque enim tibi

summe litavi Jupiter hoc sacrum') non apud ceteros. Saepius exstat notione ,Opfer bringen, genugthun' (unum eiusmodi exemplum Klotzius ex Cicerone citat) atque semel cum dativo commodi coniungitur; Ag. 577 ,postquam litatum est Ilio'; in Octavia tragoedia quae non a Sen. scripta est bis cum acc. legitur: 757, caesis litare victimis numen deum'; ib. 981 sequ. ,caede litatur / numen superum..

His adiungi potest similiter ac Livium et Ov. Senecam dicere ,misce cruorem' Ag. 201 (Liv. et Ov. ,proelia misce').

Verba dicendi Sen. sicut Cic. Liv. Ov. cum accusativo rei vel personae coniungit ,ubi exspectatur praepositio ,de'. cf. ,narrare' Tr. 864 sequ. ,toros falsos'; Ag. 446 ,bella'; ib. 675 ,furta'. — ,loqui': Herc. fur. 386 ,quid matres loquar'; Ag. 123; Oed. 683; Herc. Oet. 206 ,volucremque Iolen fama loquetur; Item, nescire': Oed. 507 ,caeruleum Nerea' (a bonis scriptoribus non cum accusativo personae coniungitur, invenitur autem apud Ov.).

De absoluto verborum usu dicendum est, saepissime apud Sen. casum aut aliquam aliam notionem desiderari. Plurimis autem locis facile ex iis quae antecedunt aut sequuntur id quod desideratur addi potest.. Itaque haec omnia exempla afferre opus non est. Verba impersonalia ,iuvat, placet, libet, licet etc. plerumque sine ullo casu usurpat Seneca, raro pronomen addit. De hoc Vergilii, Ov. Luc. usu nihil inveni. cf. Med. 911 ,iuvat rapuisse'; ib. 990 paeniteat licet'; Tr. 235; Phdr. 236 etc. Deinde commemoro; ,ducere' ad viam pertinens Herc. fur. 648 ,quam longa — ducit via; ib. 835. ,ulcisci = ,Rache nehmen' Med. 172. — ,rogare' Med. 193. — ,nubere': Med. 489, Herc. Oet. 142. — ,obire' i. e. sterben: Tr. 597; Oed. 765; Herc. Oet. 1409. — ,transire' Herc. fur. 557. - negare': Phoen. 442; Phdr. 594; Oed. 767; Oct. 582. — ,exspirare' i. e. sterben. Med. 776.

Nunc dicam de illis verbis quae duplicem accusationem adsciscunt, aut acc. personae et rei, aut obiecti et praedicati. Atque cum plurima horum verborum saepe apud Senecam exstent, duplex accusativus rarissime invenitur. Imprimis autem annotandum est verbum postulandi apud Luc. nunquam legi, sed saepius utrumque etiam pro verbo poscendi verbum exigendi usurpare: cf. Phoen. 92 ,exigere poenas'; ib. 158; ,mortem exige'; Med. 616 ,exige poenas' Ag. 995 ,morte qui poenam exigit'. Herc. Oet. 970 ,exigam poenas tibi', ib. 1471 etc. Hac re, quae

Sittl (die lokalen Verschiedenheiten der lat. Sprache mit besonderer Berücksichtigung des afrikanischen Lateins 1882 pg. 66) de his verbis disputat recte se habere confirmatur. Dicit enim: Ausserdem muss man noch auf die Verschiebung der Synonima achten; nach Woelflins Beobachtung drängte das Wort exigo anfangs hauptsächlich in Spanien die Synonyma postulo und posco gerade in den Formen, in denen bei den Classikern die letzteren stehend sind, zurück. Schon in Senecas Briefen überwiegt exigo bei weitem etc.' Atque cum hac re Seneca philosophus et poeta tragicus consentiant vel hoc indicium est, tragicum eundem esse atque philosophum. Verbum enim poscendi apud poetam raro legitur neque unquam cum duplici accusativo constructum. Idem etiam dicendum est de celandi verbo. De constructione verbi docendi annotandum est: Herc. fur. 854 legi: ,matris et nomen modo doctus infans'. (item Sall. Ov.) ,orare' cum accusativo pronominis Herc. Oet. 399 quaere mens quicquam deos / orabat ullos. — ,rogare': bitten cum pronomine neutrius generis (ita Cic.) Tr. 420 sequ. ,aliquid deos / adhuc rogare'; cum duplici accusativo: Phoen. 485 inducias te mater exiguas rogat; ib. 517; Thy. 1027 ,hoc'; ib. 1029; Herc. Oet. 217, 268, 855. — Notione quae est ,fragen' hoc verbum non legi.

De accusativi praedicativi usu dicendum est Senecam nunquam loco huius accusativi praepositiones ,pro, in' etc. adhibere, cum Cic. Caes. Ov. saepe illas ponant. ,credere' eadem significatione atque ,putare' totius fere usurpat quoties putare ipsum. cf. Tr. 248; ib. 331; Phoen. 82; ib. 168; ib. 564 etc. (item Ov.). Ut exprimat nostrum, ,zu etwas machen' semper fere verbo quod est ,facere' utitur raro ,reddere', nunquam, ni fallor, ,efficere'. reddere cf. Thy. 208 ,eosdem reddit inimicos metus'. Semel Seneca verbum reddendi ponit pro ,facere', cum accusativus praedicativus substantivum sit: Phdr. 564, Medea reddet feminas dirum genus (saepius hoc apud Ov.) — Item ,accipere' nunquam ut apud Cic., Caes., Ov. praepositiones adsciscit, cf. Phdr. 618 ,me famulam accipe'; Thy. 520 sequ., obsides fidei accipe / hoc innocentes etc. ,habere' notione putandi non exstat apud Sen. nisi uno loco: Herc. Oet. 673 ,nec sibi felix pauper habetur'.

Ut apud alios poetas sic etiam apud Sen. accusativus verbalis, qui a Draeger dicitur, aliquoties invenitur, atque saepius ita, ut et obiectam et verbum ab eadem stirpe derivata sint, quam

figuram grammatici ethymologicam vocant. cf. Oed. 498 sequ ,carmen-cantat'; idem legitur: Ag. 670 sequ.; Thy. 692 ,carmen canit. — Praeterea affero: Herc. fur. 741 ,imperium regit'; idem: Phdr. 618 (Peiperus quidem et Leo hunc versum deleverunt atque hic versus et qui sequitur sane eandem fere praebent sententiam, sed cum apud Sen. saepe eiusmodi repetitiones inveniantur v. 618 servandum esse puto. cf. Phoen. 98—100 qui cogit mori nolentem in aequo est quique properantem impedit, occidere est vetare cupientem mori'. Herc. fur. 520 22 ,cur subito labant agitata motu templa? cur mugit solum'? infernus imo sonuit e fundo fragor. audimus, est sonitus Herculei gradus. Tr. 592 timerem metus; Oed. 700 ,qui pavet vanos metus'; Herc. Oet. 385 ,percurrens iter'.

Accusativus verbalis saepe forma adiectivi neutrius generis exprimitur, quod a Cic. rarius, saepius a poetis usurpatur. In eiusmodi exemplis nos adiectivum adverbio vertimus. Adverbium Sen. omnino non adamasse videtur, nam saepissime ad verba adiectiva ponit, ubi nos adverbium expectamus. Haec autem exempla accusativi verbalis qui dicitur inveni atque commemorandum est Sen. ut Vergilium et Ov. rarius numerum pluralem usurpare, cum Luc. utrumque numerum sine ullo discrimine adhibeat: Herc. fur 436 ,loquentem magna'; Phdr. 1065 magnum intonat; Thy. 1080 ,violentum intona'; Ag. 544 ,furibundum'; — ,tonare' Phdr. 1007 ,vastum'; Herc. Oet. 801 ,quale'. — ,sonare' (saepius etiam apud Cic.) Oed. 98 ,horrendum'; Ag. 569 sequ. ,maestum.' — ,intueri' Thy. 706 ,torvum et obliquum'; Herc. Oet. 240 ,torvum.' — ,canere' (Hor.) Ag 358 sequ. ,solemne.' bellicum canere: Thy 187 huc non pertinet, quia bellicum substantivum est (Kriegssignal) cf. Draeger p. 388. — Praeterea commemoro: Oed. 961 ,dirum fremens'; idem Herc. Oet. 1679; Herc. Oet. 1737 ,intrepidum tuens'.

Restat, ut dicam de eo accusativo verbali, quo notione adverbii pronomen neutrius generis positum est. Sen. hunc saepe adhibet, sed non nisi apud ,quid' et ,nihil.' (apud Plant. Ter. Cic. Ov. Luc. etiam alii accusativi inveniuntur.) cf. Herc. fur. 519 ,quid precor'; ib. 1176; Phoen. 477; Ag. 49; ib. 198; Oed. 850, 860, 1009 etc. — ,nihil': Ag. 304, ib. 539; Thy. 204 sequ. etc.

Accusativus exclamationis qui dicitur dignus est, quem ac-

curatius tractemus. Nam hoc in accusativo Sen. partim cum Cicerone congruit, partim ab eo et ab omnibus fere aliis scriptoribus dissentit. Ac primum quidem dico Senecam nunquam accusativum solum adhibere. Nam: Tr. 339 ‚hoc Scyrus animos'? (sc. habet.) ellipsis est Similiter, dicit Luc. VIII 542 ‚o superi Nilusne et barbara Nemphis et Pelusiaci tam mollis turba Canopi hos animos'? Obermeier pg. 36 apud priores scriptores eiusmodi dictiones non apparere dicit. — ‚en' quod Cic. semel cum accusativo coniungit, Sen. semper cum nominativo aut sine ullo casu ponit: cf. Oed. 1013 ‚en matris sonus'; Herc. Oet. 1721 — Phdr. 1252 ‚munere en patrio fruor'; Ag. 5 etc. — ‚heu' aut non arte cohaeret cum iis quae sequuntur, aut cum accusativo construitur (ita Cic, Verg. ‚heu' raro, Ov. et Luc. nunquam cum accusativo construunt) cf. Phdr. 847 ‚heu, labor'; Oct. 267. — ‚heu me' his locis legi: Tr. 476; ib. 681; Phdr. 898, 997, 1173; Herc. Oet. 1761; Oct. 31, 169. — Item ‚eheu, quid hoc est': Ag. 868. — ‚o' Verg., quantum video, raro, Ov. saepius cum accusativo construunt, Luc. ‚o' bis cum accusativo aliis locis semper cum nominativo coniungit, Sen. saepe cum accusativo, sed etiam cum nominativo et vocativo. Cum accusativo: Tr. 956 ‚o manum — levem'; Med. 431, ib. 985; Thy. 879, 911; Herc. Oet. 838. — cum vocativo: Tr. 301 ‚o tumide'; ib. 461; Phdr. 988. — cum nominativo: Phdr. 1271 ‚o saevus furor.' Ceteris locis incertum est, utrum nominativus an vocativus sit cf. Phdr. 634 ‚o spes — o fallax Amor' etc. ‚pro' Sen. semel cum accusativo coniungit: (ita Cic., Sall., Liv., non Verg., Ov., Luc.). Herc. Oet. 770 ‚pro diem, infandum diem', cum vocativo: Herc. Oet 219 ‚pro saeve decor'; ib. 290; ib. 966; ib. 1275. Omnia haec exempla ex Herc. Oet. sunt Incertus est casus: Phdr. 903 ‚pro sancta Pietas'; idem: Oed. 19 etc. — Iam Leo (observ. crit. p. 66) annotat ‚pro' bis non arte coniunctum esse cum iis quae sequuntur, quod apud ceteros non videtur legi; sunt hi duo loci: Herc. Oet. 1231, ‚pro quantum est malum', et ib. 1803 ‚pro nimis felix' etc. In ceteris Senecae fabulis hoc non invenitur.

De accusativo locali, quem postremo loco tractamus, non multum commemoratione dignum est. Nam etiamsi omnia, quae ad constructionem illorum nominum, quibus urbes, terrae, insulae etc. significantur, pertinent, animo complectimur, apud Senecam vix quidquam invenies, quo a bonis scriptoribus dissen-

tiat. Nomina appellativa omissa praepositione in accusativo posita, quae apud poetas leguntur, apud Sen. non inveni. Praepositionem, quam alii saepius nominibus propriis, quibus urbes significantur, addunt, semel legi: Herc. Oet. 135 ‚ad Trachina vocor.' De constructione verborum ‚humus, domus', haec adiungo: formam ‚humi' Seneca ut Cic. et Ov. usurpat, cum a verbo motum significanti pendeat: Herc. fur. 1082 ‚en fusus humi'. — Unum exemplum inveni, ubi apud formam ‚domo' cum adiectivo coniunctum praepositio omittitur: Ag. 875 ‚epulae regia instructae domo. (Cic. semper praepositione ‚in' utitur, Ov. saepius solo ablativo.). Praepositio additur: Ag. 924; Thy. 46; Phoen. 80.

Formae ‚rure et ruri' apud Senecam non leguntur.

De Dativo.

Haec verba simplicia Seneca cum dativo coniungit:

‚Aptare': (item Verg. Liv. Ov.) Med. 85 ‚iuga tigribus'; Oed. 935 ‚impiam capulo manum'; Herc. Oet. 194. Semel cum praepositione ‚ad' constructum inveni: (non ita quantum video Verg. Ov.) Ag. 425 ‚ad militares remus aptatur manus'. Absolute Sen. bis ‚aptare' utitur: Herc. fur. 1300 ‚aptata harundo est'; Herc. Oet. 1033 ‚aptans Pieriam chelyn.' — ‚haerere' cum dativo et abl. construitur (ita Verg. Ov. Luc.) Phoen. 176 ‚mihi' Oet. 639 ‚mihi'. Ablativus legitur: Oed. 1009 ‚haesit ore' Thy. 666; Oet. 743. Saepius ipsa forma discerni non potest, utrum dativus an ablativus sit: Herc. fur. 323 ‚brevibus vadis'; Ag. 571; Thy. 765; Oet. 324; Herc. Oet. 1689. — Praepositio ‚in' legitur: Phdr. 233; Oed. 585 sequ.; Thy. 635; semel praepositio ‚ad' (ita etiam Luc. III 453) Phoen. 112 ‚haerebo ad ignes.' — ‚iungere' ut Verg. Ov. Luc. cum dativo: Herc. fur. 376; Med. 528; Phdr. 568; Oed. 54; Oct. 110; ib. 141; ib. 571. — Cum praepositione ‚cum' semel constructum legitur (apud Ov. saepius, apud Luc. semel) Thy. 480 sequ. ‚ante cum flammis aquae / cum morte vita — fidem / foedusque iungent.' — ‚iungi' cum dativo: (forma passiva non apud Verg. sed apud Ov. cum dat.). Herc. fur. 448; Ag. 565, 952; Oct. 222 sequ., ib. 694 (interdum quidem casus incertus est). Cum praepositione ‚cum': (etiam Ov.) Oct. 225 ‚cum — mente impia.' — Item ‚coniun-

gere' cum dativo: Med. 946 ,artus mihi'. — Participia ,iunctus, coniunctus saepe cum dativo construuntur (cf. Herc. fur. 482, Ag. 273 etc.) nunquam autem cum praepositione, cum (Ov. novies) — ,latere', Verg. Ov. Valerius Flaccus cum accusativo, Luc. cum dativo coniungunt, Sen. semel cum dativo exhibet: Oed. 295 ,visu carenti magna pars veri latet.' — ,miscere' apud Sen. easdem constructiones habet, quas apud Verg. et Ov. Invenitur cum dativo: Phoen. 575 ,captivo gregi'; Ag. 35; ib. 133; Cum praepositione ,in' cum accusativo: Thy. 65 ,mixtus in Bacchum cruor'. Cum praepositione ,cum': Oed. 496; Oct. 321, 374. — Saepius duae res quae miscentur cum coniunctione ,et', non cum praepositione coniunguntur, ut Phdr. 171: thalamos patris et matris miscere; Ag. 473 ,fretum caelumque miscet'.

Item Verg. A. X 398 ,mixtus dolor et pudor.' (cf. etiam Ag. 490 ,undasque miscent imber et fluctus suas.') ,certare' cum dativo: (item Verg. Ov.) Herc. Oet. 1807 ,natum laude certantem Jovi' — ,sociare' ut Verg., Liv., Ov. cum dativo: Oed. 662. — Hoc loco adiungo: ,pro se metuere' = sibi metuere, Thy. 485. quod idem apud Manilium V 606 et Lucanum VII 138 non apud alios scriptores legitur (cf. autem Tr. 593 si mihi timerem').

De verbis intransitivis, quae Romani non congruentes cum lingua germanica cum dativo coniungunt, non multum annotandum est. Seneca non discrepat a ceteris scriptoribus, imprimis a poetis. ,Gratari' apud poetas et posterioris aetatis scriptores legitur et semper cum dativo construitur: Oed. 881; Ag. 920. — ,temperare' semel cum dativo ,animo' construitur: Thy. 496 aliis locis semper cum accusativo, etiam cum significat ,zügeln', (Cic hac notione semel acc. adhibet p. Marc. § 8 victoriam, saepius Liv. et Ov., ex Luc. Obermeier pg. 29 unum profert exemplum) cf. Phdr. 970; Oct. 858. — ,lenken, ordnen' cf. Herc. fur. 708; Oed. 884.

Verba cum praepositionibus ,ad, con, in' composita plerumque cum dativo Seneca coniungit, raro praepositionem addit, atque magnus est numerus illorum verborum, quae nunquam praepositionem adsciscunt. ,Accedere' i. e. ,hinzukommen' Phoen. 88 ,ad miserias'. — cum dativo: Herc. Oet. 1615 ,haec quoque accessit feris.' Verg. hoc verbum cum dativo, Ov. raro etiam cum praepositione, Luc. semper cum dativo construit.

,Accidere' apud scriptores aureae aetatis semper cum

praepositione ,ad', apud scriptores argenteae aetatis et item apud veteres cum praepositione et cum dativo coniungitur, Ov. et Varro praepositione ,in' cum accusativo utuntur, Sen.: praepositione ,ad': Tr. 691 ,ad genua'; cum dativo: Phdr. 585 ,terrae'. ,addere' quod Cic. cum praepositione ,ad' iungere solet, Verg. et Ov. saepius cum dativo, Sen. bis cum praepositione ,ad' Ag. 250; Thy. 15; semel cum praepositione ,in' et accusativo Thy. 994 ,nox se in noctem addidit'; saepissime cum dativo construit cf. Herc. fur. 1237; Med. 737 etc.

,Adesse' cum praepositione ,ad': Med. 56; ib. 699; — cum dativo saepius cf. Herc. fur. 646; Med. 770. etc. Eadem est constructio Vergiliana, Ov. etiam alias praepositiones adsciscit.

,Admittere' Sen. ut Ov. semel cum dativo, saepius cum praepositionibus (ad et in) construit, Luc. semper cum dativo. Cum praepositione ,ad' cf. Tr. 45; cum praep. ,in': Herc. fur. 122; Oct. 1703. — cum dativo: Herc. Oet. 535 ,quam meis admittet arcanis fides.'

,congerere' ,in unum'. Med. 706; cum dativo: Herc. Oet. 1153.

,immittere' ut apud Verg., Ov., Luc. aut. cum praepositionibus aut cum dativo coniungitur: ,in' Herc. Oet. 980 ,immitte in orbem' (haec enim scriptura, quia in E legitur melior esse videtur, non emitte, quod A exhibet). Phoen. 111. Cum dativo: Herc. fur. 1297.

,impendere' Sen. ut. Verg., Ov., Luc. cum praepositione ,in' et cum dativo construit. Praepositio legitur: Tr. 298 ,in inferias'; — cum dativo Med. 487 ,tibi'.

,imponere' neque a Sen. neque ab. Ov. cum praepositione ,in' coniungitur, a Luc. semper dativus usurpatur; praepositio ,super', quae etiam apud Ov. exstat apud Sen. legitur: Ag. 342. Atque cum aliis locis semper dativus statuendus sit. (cf. Tr. 373; Ag. 823; Thy. 465, 514 etc.) etiam Thy. 455 pro ,vertice' scribendum propono ,vertici'.

,incidere' semel Sen. cum dativo coniungit: Ag. 886 ,Baccho'; etiam ex. Verg. unum exemplum citat Antoine pg. 127, saepius Ov. et semper Luc. dativo utuntur. Praepositio ,in', quae apud Cic. Caes. alios semper fere legitur, est: Phdr. 1210; Oed. 14, 1051; Herc. Oet. 1355.

,incumbere' Sen. ut. Verg. et Ov. cum praepositione et

[illegible]

admovere [illegible]

[illegible] 945; Phorm. [illegible] Plaut. [illegible]

adlabi [illegible] cum [illegible]

667 [illegible] adlegere [illegible]

adludere apud Cat. et Val. [illegible] cum [illegible]
et Statius, cum dativo [illegible]

adnatare [illegible] apud [illegible]
aetatis hoc verbum [illegible] et [illegible] cum praepositione [illegible]

adnumerare [illegible] cum praepositione in
cum ablativo Plaut. [illegible] adridere [illegible] apud [illegible]

scriptores excepto Cic. ad Att. 13, 21, 3 ‚mihi‘ cf. Oed. 841 ‚adridet animo forma‘. — ‚adscribere‘ cum dativo ut Ov.: Phoen. 652 ‚turbae exulum.‘.

‚adsidere‘ sensu locali ut Ov. cum dativo Sen. construit, alii poetae, et prosae orationis scriptores inde a Tacito cum accusativo (cf. Draeger pg. 377): Ag. 940 ‚paternis-frenis.‘.

‚adsistere‘ quod Val. Flac. et Statius cum accusativo, Cic. cum praepositione ‚ad.‘ (Verr. 2, 26 ‚ad fores‘) construunt, Sen. et Ov. cum dativo: Thy. 706 ‚aris‘ (A exhibet ‚assiluit, quod ad sensum non quadrat.)

‚advolvi‘ cum dativo (ita Liv. Propert. Vell., Curt., Stat.: cum accusativo Sall. Tac. Apuleius.) Phoen. 307 ‚genibus‘; idem Phdr. 703. —

‚affligere‘ cum dativo apud Ov., Luc., Tac., Sil., Curt. item apud Sen.: Herc. fur. 1317. — ‚alligare‘: Med. 98 ‚cornibus‘; Thy. 161 ‚famam dentibus‘. — ‚appellere‘ Verg., ut Antoine pg. 125 annotat, primus cum dativo construit, sed raro, item Ov. et Sen.: Oed. 299 ‚aris-bovem‘. —

‚applicare‘ quod meliores scriptores cum praepositione ‚ad‘ construunt, Verg. et cum Ov. et dativo et cum praepositione, Sen. semper cum dativo coniungit: Herc. fur. 769 ‚litori puppem‘; Tr. 795 ‚mari latus‘. —

‚apponere‘: Tr. 221 ‚apposita celso-iugo‘. Item participio huius verbi utuntur Ov. Curt. Plin. Tac. — ‚coire‘ Cic., Verg., Ov. etiam cum praepositione iungunt, scriptores posterioris aetatis semper cum dativo, ita Sen.: Oed. 462 ‚pectus utero‘; Thy. 993 sequ. ‚spissior densis coit / caligo tenebris.‘. — ‚comparare‘ apud ceteros scriptores aut cum praepositione ‚cum‘, aut cum dativo, Sen. cum dativo: ‚colla Phoebo‘ Phdr. 800. — ‚congredi‘ (ita Verg. Ov.) Ag. 748 ‚Achilli‘. Saepius absolute: Herc. fur. 76; Oed. 1014. — ‚imminere‘ Sen. consentiens cum Verg. et Ov. et discrepans a Liv. (cf. Kühnast pg. 134) nunquam cum praepositione coniungit, sive ad locum spectat: Herc. fur. 762, sive significat ‚drohen‘ Thy. 42, vel ‚streben‘: Phdr. 855; Oed. 95; Oct. 131. — ‚immiscere‘ cum dativo: (ita Lucr. Verg. Hor. Ov. Luc., prosae orationis scriptorum primus Liv. hoc verbo utitur) Tr. 11 ‚freto‘; ib. 380 ‚nebulis‘; Oct. 800 ‚factis‘. — ‚immori‘ inde ab. Horatio et Ov. invenitur, semperque cum dativo construitur, Plin. mai. etiam ‚in‘ cum ‚ablativo‘ usurpat, Sen. dativum

cum dativo, Luc. semper cum dativo usurpat. Praepositio invenitur Med. 902 ‚in iras'; dativus, locum significans: Phdr. 715; Herc. Oet. 1382, 1682, 1764.

Verba, quae Seneca discrepans ab aliis scriptoribus semper cum praepositionibus coniungit, haec sunt:

‚adstare' locum significans apud scriptores aureae aetatis cum dativo, apud Sen. cum praepositione: Herc. fur. 356 ‚iuxta praesides adstat deos.'

‚conferre' notionem exhibens ‚vergleichen' ut a Cic. cum praepositione ‚cum' construitur, cum Ov. excepto Rem. 708 semper dativum usurpet: Phdr. 741 ‚conferat tecum decus omne piscum'.

‚conserere' etiam apud alios rarissime cum dativo: Herc. fur. 562 ‚tecum'.

‚commori' apud scriptores aureae aetatis omnino non exstat, in fragmento Sallustii, Sen. ep. 77, 11 cum dativo coniungitur, a Liv. et Valerio Maximo cum praepositione ‚cum', ita etiam Ag 202 ‚cum quo'.

Permulta verba, ut supra dixi, nunquam praepositionem sed semper dativum adsciscunt:

‚adfundere' (item Ov. Tac. Plinius) Oed. 71 ‚aris'.

‚adhaerere' ut Verg. et Luc. cum dativo Sen. construit, cum Ov. etiam praepositionem ‚in' usurpet: Herc. fur. 357 ‚lateri'.

‚adhibere' (Verg. etiam cum praepositione ‚ad.') Herc. Oet. 1078 ‚pomis manus'.

‚adicere' (Ov. semel praepositionem ‚in' saepe dativum, alii et praepositionem et dativum usurpant) saepe: Tr. 205; Phoen. 201 etc.

‚admovere' (Ov. semel praepositionem ‚ad', saepe dativum, ut etiam Cic. adhibet) Herc. fur. 1320 ‚pectori'; Tr. 641, 693, 947; Phoen. 580; Med 205; Phdr. 1128; Thy. 690.

‚adlabi' congruenter cum Verg. et Ov. cum dativo: Phdr. 667 ‚genibus'. — ‚adlegere' Ag. 813 ‚caelo'.

‚adludere' apud Cat. et Val. Flacc. cum accusativo, Sen., ut Statius, cum dativo: Oed. 267 ‚nostro-soli'; Thy. 157.

‚adnatare': Ag. 452 ‚lateri' (apud scriptores argenteae aetatis hoc verbum legitur et etiam cum praepositione coniungitur).

‚adnumerare' (ita Cicero; Ov. etiam cum praepositione ‚in' cum ablativo) Phdr. 1264. — ‚adridere' alicui non apud bonos

scriptores excepto Cic. ad Att. 13, 21, 3 ‚mihi' cf. Oed. 841 ‚adridet animo forma'. — ‚adscribere' cum dativo ut Ov.: Phoen. 652 ‚turbae exulum.'.

‚adsidere' sensu locali ut Ov. cum dativo Sen. construit, alii poetae, et prosae orationis scriptores inde a Tacito cum accusativo (cf. Draeger pg. 377): Ag. 940 ‚paternis-frenis.'.

‚adsistere' quod Val. Flac. et Statius cum accusativo, Cic. cum praepositione ‚ad.' (Verr. 2, 26 ‚ad fores') construunt, Sen. et Ov. cum dativo: Thy. 706 ‚aris' (A exhibet ‚assiluit, quod ad sensum non quadrat.)

‚advolvi' cum dativo (ita Liv. Propert. Vell., Curt., Stat.: cum accusativo Sall. Tac. Apuleius.) Phoen. 307 ‚genibus'; idem Phdr. 703. —

‚affligere' cum dativo apud Ov., Luc., Tac., Sil., Curt. item apud Sen.: Herc. fur. 1317. — ‚alligare': Med. 98 ‚cornibus'; Thy. 161 ‚famam dentibus'. — ‚appellere' Verg., ut Antoine pg. 125 annotat, primus cum dativo construit, sed raro, item Ov. et Sen.: Oed. 299 ‚aris-bovem'. —

‚applicare' quod meliores scriptores cum praepositione ‚ad' construunt, Verg. et cum Ov. et dativo et cum praepositione, Sen. semper cum dativo coniungit: Herc. fur. 769 ‚litori puppem'; Tr. 795 ‚mari latus'. —

‚apponere': Tr. 221 ‚apposita celso-iugo'. Item participio huius verbi utuntur Ov. Curt. Plin. Tac. — ‚coire' Cic., Verg., Ov. etiam cum praepositione iungunt, scriptores posterioris aetatis semper cum dativo, ita Sen.: Oed. 462 ‚pectus utero'; Thy. 993 sequ. ‚spissior densis coit / caligo tenebris.'. — ‚comparare' apud ceteros scriptores aut cum praepositione ‚cum', aut cum dativo, Sen. cum dativo: ‚colla Phoebo' Phdr. 800. — ‚congredi' (ita Verg. Ov.) Ag. 748 ‚Achilli'. Saepius absolute: Herc. fur. 76; Oed. 1014. — ‚imminere' Sen. consentiens cum Verg. et Ov. et discrepans a Liv. (cf. Kühnast pg. 134) nunquam cum praepositione coniungit, sive ad locum spectat: Herc. fur. 762, sive significat ‚drohen' Thy. 42, vel ‚streben': Phdr. 855; Oed. 95; Oct. 131. — ‚immiscere' cum dativo: (ita Lucr. Verg. Hor. Ov. Luc., prosae orationis scriptorum primus Liv. hoc verbo utitur) Tr. 11 ‚freto'; ib. 380 ‚nebulis'; Oct. 800 ‚factis'. — ‚immori' inde ab. Horatio et Ov. invenitur, semperque cum dativo construitur, Plin. mai. etiam ‚in' cum ‚ablativo' usurpat, Sen. dativum

Phdr. 712 ,manibus'; Oed. 1040 ,vulneri'; Herc. Oet. 869 ,huic ferro'.

,incubare' similiter atque Cic., Verg., Ov., Sen. cum dativo construit (Apuleius cum accusativo) atque semper sensum localem habet: Thy. 155 ,frondibus'; Oed. 47 ,terris'; Phdr. 259 ferro'; Herc. Oet. 867 ,telo'. — ,incurrere' cum dativo: (ita Verg., Hor., Ov.; Luc., etiam praepositionem ,in' adhibet) Oed. 929 ,visceribus meis.'. – ,inducere' ut Ov. cum dativo: Ag. 487 ,atrum rebus chaos'. — ,inesse' cum dativo: (ita Liv., Hor., Luc.; Cic. praepositionem ,in' cum ablativo usurpat excepto off. I §.151 ,quibus artibus', Ov. semel praepositionem ,in': Her. 16 45) Med. 735 ,his'; Phdr. 653 ,lacertis mollibus'. — ,inferre' (Verg. et Ov. etiam praepositionem ,in' adhibent) Herc. fur. 821 ,orbi', Herc. Oet. 717 ,thalamis'; idem: Oct. 73 sequ. etc. – ,inicere' (Verg. et Ov. etiam cum praepositione ,in' cum accusativo) Herc. fur. 506 sequ. ,templa supplicibus suis / iniecta'. — ,infundere' quod meliores scriptores et Luc. etiam cum praepositione ,in' construunt, Sen. ut Ov. cum dativo coniungit: Oed. 499 ,humero'; Phdr. 154 ,rebus'. — ,ingerere' ad locum spectans (ita Verg. Ov. Luc.) Oed. 306 ,focis'. ,innasci': Oed. 858 ,vulneri,'

,inserere' locali notione cum dativo (ita Luc.; Caes., Liv., Ov. etiam praepositione ,in' cum accusativo utuntur) [1]) Phdr. 1177 ,pectori'; Ag. 92 ,nubibus'; Herc. Oet. 493 ,astris'; idem: Herc. Oet. 1154. — ,insilire' apud Plaut. Caes. Liv. cum praepositione ,in', apud Ov. cum dativo, ita Sen.: Phoen. 24 ,freto'. — ,inspirare' ut Verg. et Ov., Sen. cum dativo: Phdr. 1008 ,salo'. — ,inurere' cum dativo (item Cic.) Herc. Oet. 556 ,pectori faces'. ,instare' apud ceteros scriptores rarissime cum accusativo (cf. Caes. b. c. 3, 17, 5) apud Sen. nunquam ad locum spectat, metaphorice cum dativo: Phoen. 286, Thy. 269; Herc. Oet. 62.

,intendere' (Ov. etiam cum praepositione ,ad') Med. 917 ,hosti tela'; Herc. Oet. 1400 sequ. ,mihi'; locus nunquam significatur. Item construitur ,intentare' Med. 960 sequ. ,cui'. — ,invehi' cum dativo: (ita Liv. Luc. Curt.) Phdr. 1032 ,litori'.

---

[1]) Antoine pg. 128 ,inserere a Verg. semper cum ablativo construi dicit. Sane quidem; sed in locis allatis G. II 69 ,inseritur fetu nucis arbutus horridi' et G. II 302 ,neve olea silvestres insere truncos' omnino non est notio localis, sunt ablativi instrumenti.

His adiungo, quae de constructione verbi ‚induendi' notavi: Semel Sen. praepositione ‚in' cum accusativo utitur (ita Verg., non Ov.); Herc. fur. 1028 ‚pectus in tela'; saepius dativo: Phoen. 180 ‚cerebro'; Phdr. 919 ‚animis'. ‚Induere aliquid' quid' legi: Ag. 707, 882, 888; Phdr. 299; Herc. Oet. 576; Med. 43 ita scribendum puto: ‚inhospitalem Caucasum menti indue', nam in A, qui mente exhibet facile litterae e et i mutari poterant, itemque in cod. E qui habet: ‚causa sumente'. Jtaque cum aliis locis semper ‚induere alicui' legatur, etiam hoc versu menti scribendum est. Neque vero mea sententia satis causae est, quare hunc versum cum Peipero et Richtero deleamus. Nam ‚inhospitalem Caucasum' dictum est pro feritate et crudelitate, quibus populi Caucasum incolentes excellebant. cf. Val. Flacc. 7, 55.

‚oberrare' cum dativo: (item Curtius, Tacitus) Herc. fur. 1146 ‚oculis'. Metaphorice: Herc. fur. 1279 sequ. sequ. ‚mihi / monstrum — / oberrat'.

‚obrepere' quod a Cicerone cum praepositionibus ‚ad' et ‚in', a Plauto cum accusativo construitur, Sen. cum dativo coniungit: Tr. 441 ‚genis.' — ‚succedere' si locum significat cum dativo: (item Verg., Ov.) Tr. 503 ‚tumulo'; cf. Thy. 134 ‚avo'. — submittere' cum dativo apud Verg., Ov., Luc.: Med. 1023 ‚iugo'; Oed. 846 ‚gregi'; Ag. 512 ‚undis'. — ‚subiacere' cum dativo (apud scriptores argenteae aetatis legitur) Herc. Oet. 1108 ‚axibus'.

De constructione illorum verborum, quae cum praepositionibus ‚de' et ‚ex' composita sunt, acuratius agam, cum ablativi usum tractabo. Commemoro hoc loco haec:

‚dependere' cum dativo: Oed. 463 ‚parvula dependent lateri manus (similiter Ov. Met. 6, 592 ‚lateri — vellera dependent') Oed. 973 sequ. ‚quidquid effosis — / dependet oculis.' (potest quidem etiam ablativus esse.)

‚deripere': Ag. 693 ‚sacratas deripis capiti infulas. — ‚eximere' cum dativo (item Verg. Liv.) Tr. 977 ‚sorti'; (ita exhibet E, ‚sorte' quod in A legitur falsum cfr. quod Oct. 857 legitur ‚famae') Oed. 950 ‚vivis'.

Dativus ex verbis passivis pendens, quem Cicero ita semper usurpat, ut dativus commodi statuendus sit (cf. Draeger) apud Senecam etiam iis locis invenitur, quibus pro dativo praepositio ‚a' exspectatur. Sed cum apud Verg., Ov., Luc. hic dativus per-

saepe pendeat a temporibus simplicibus, hoc apud Senecam bis tantum inveni: Herc. fur. 539 ,intonsis teritur semita Sarmatis' et Herc. Oet. 473 ,vincetur uni'. A temporibus compositis pendet hic dativus saepe: Tr. 577 ,mori votum est mihi'; Tr. 668 sequ. ,fuerat hoc prorsus nefas / Danais inausum; Phoen. 124 sequ. ,quisquis Assyrio loca posessa regi'; Oed. 697 ,num audita causa est nostra Tiresiae' ?; Ag. 276 ,animum coniugi obstrictum suae'; Ag. 278 ,nil. esse crede turpe commissum tibi'; Ag. 398ª ,petitus coniunc mihi'; Thy. 409 ,celebrata iuveni stadia'; Herc. Oet. 286, quidquid est victum tibi'; ib. 923 ,decretum est mihi' etc.

In usu dativi commodi vel incommodi Seneca non multum discrepat a melioribus scriptoribus. Hoc autem imprimis mihi annotandum esse videtur, quod in Octavia fabula et in posteriore Herculis Octaeae parte saepius invenitur elocutio ,ei mihi', quae apud poetas comicos et apud Ovidium (cf. Hau p. 54) exstat. Sunt hi loci: Oct. 150; Herc. Oet. 1024, 1172, 1181, 1205, 1402, 1784 (uberius hac de re disseruit Leo ,de Senecae tragoediis observationes criticae' pg. 67 sequ.). Praeterea commemoro: Herc. fur. 1231 ,tibi tela frangam nostra' (i. e. in gratiam) Tr. 469 o nate, sero Phrygibus, o matri cito'; ib. 593 ,si mihi timerem'; Med. 235 ,vobis revexi ceteros, unum mihi'; Med. 276 illi Pelia, non nobis iacet; ib. 280 ,totiens nocens sum facta, sed nunquam mihi (i. e. in meum damnum).

Saepe pendet hic dativus a verbis rogandi: Tr. 768 sequ. sequ. ,cui — annos avi precabar'; ib. 1005 ,quid precer vobis?; Med. 19; Med. 249 ,miseriis angulum ac sedem rogo'; — Saepe Seneca hoc dativo utitur, cum verbum significat ,in alicuius honorem' aliquid facere. cf. Herc. fur. 299 sequ. sequ. ,tibi - indomiti ferent / centena tauri collo; tibi — / secreta reddam sacra: tibi — / —. Eleusin tacita iactabit faces.' Tr. 117; 118 sequ.; ib. 130 sequ.; ib. 896 ,tibi fluxit Asiae, fluxit Europae cruor'; Med. 752, 771, 773, 797 sequ. sequ.; Ag. 311 sequ. ,tibi festa caput / turba coronat' etc.; ib. 358 sequ. ,tibi — / solemne canit.'; ib. 360; 362, 376. —

Omnino non dissentit Seneca a ceteris scriptoribus in adhibendo dativo ethico. Neque mirum est Senecam ut etiam Lucanum illum raro usurpasse, quia non quadrat ad sermonem gravem ac severum et plerumque in sermone cottidiano inveni-

tur. Afferam haec: Herc. fur. 296 sequ. ,unde' illum mihi — / — 'diem / - querar.', Phdr. 590 ,quam bene excideram mihi'.

Ut Verg., Ov., Liv., Tac., ita Seneca saepe dativum cum substantivo componit, ubi genetivus exspectatur; rarius hoc apud Lucanum invenitur. Graecorum imitationi illud tribuendum est, qui saepissime dativum ita exhibent apud substantiva a verbis derivata et rem significantia (cf. Krüger ,griechische Sprachlehre, § 48, 12, 4). Saepe Seneca ut Ov. ita construit vocem ,comes' cf. Oed. 437 ,comes Ogygio venit Jaccho'; ib, 720 ,erranti comes ire vaccae'; ib. 780 ,regio fato comes'; Ag. 926 ,comes paternae quaeritur neci'; Herc. Oet. 601 ,comites fatis'; ib. 949 ,me comitem tibi'. (,tui' quod A habet, non recte) ib. 1581 ,tu comes Phoebo'. — Haud raro autem ,comes' cum genetivo coniungitur: Herc. fur. 584, 646, 1073; Tr. 38, 83, 537; Med. 131; Phdr. 244, 1111; Thy. 923; Herc. Oet. 99. — Praeterea affero: Herc. fur. 206 ,statue — aerumnis modum' etc.; Phdr. 359 ,flammis modus'; Thy. 483 ,timori — statuam modum'; Tr. 125 ,praesidium Phrygibus fessis'; Tr. 462 ,spes una Phrygibus, unica afflictae domus'; Herc. fur. 719 ,hoc umbris iter'; ib. 230 ,populis metum'; Phdr. 29 ,metus agricolis'; Phdr. 361 ,finis flammis erit'; Med. 547 sequ. ,hoc perusti pectoris curis levamen'; Oed. 372 ,unde tantus hic extis rigor.'; ib. 629 ,maximum Thebis scelus; ib. 709 ,tantis causa periclis'; Ag. 11 ,hic epulis locus'; ib. 211 ,non sola Danais Hector et bello mora'; Herc. fur. 1115 ,tu collo decus'; Ag. 8 ,regium capiti decus'; Thy. 701 ,regium capiti decus.' Herc. fur. 257 recensio A habet ,regium capitis decus', quod certe Senecam non scripsisse exemplis modo allatis confirmatur. Itaque vel ex hoc loco apparet minorem esse auctoritatem A recensionis. Herc. Oet. 433 ,videri sceleribus causam suis'.

Arte cohaeret his cum dativis, qui plerumque dativi commodi sunt, dativus localis, qui dicitur, quo locus ad quem motus quidam spectat, exprimitur. Seneca raro verba et substantiva ita construit, saepius Vergilius, Ov., Luc., cum Hor. et Tib. etiam raro, Cat. omnino non hoc usurpent. Ex Seneca affero haec. ,mittere': Oed. 521 ,mitterio Erebo'; cf. Ag. 523 ,mitti exitio'. — ,conferre' Phdr. 1114 ,funeri'; ,ducere': Oed. 497 ,ducitur magno nova nupta caelo'; — ,ferre': Oed. 310 ,verticem caelo tulit (cf. Tr. 606 ,pacem ad Danaos feram') — Dativus lo-

calis a substantivo pendens: Tr. 829 sequ. ‚Pelion — / tertius caelo gradus.

Nunc pervenio ad dativum finalem, qui arto conexu cum iis qui antecedunt dativis cohaeret. Indicatur illo, quae sit agentis intentio aut quis sit actionis effectus. In universum poetae hunc dativum non libenter adhibuisse videntur, raro enim apud Vergilium (cf. Antoine pg. 140) rarius apud Ovidium (cf. Hau p. 58) rarissime apud Senecam invenitur. Lucanus autem saepe hunc dativum adhibet (cf. Obermeier pg. 42), neque apud ea verba solum, quae apud bonos scriptores ita leguntur. A Cicerone Seneca maxime discrepat, cum dativos finales, qui apud illum exstant, omnino non adhibeat. Verbum ‚esse‘ semel cum eiusmodi dativo legi: Herc. Oet. 932 ‚pluribus veniae fuit‘. Consentit hac re Sen. cum Lucano, apud quem verbum, quod est ‚esse‘ bis cum dativo invenitur (timori est: III 82 et VI 671). Apparet hanc elocutionem Graecis tribuendum esse, nam apud εἶναι et γίγνεσθαι nominativus ponitur. Etiam alia verba ‚dare, ducere‘ etc. Seneca raro ita construit atque saepius nominativum aut accasativum ponit, ubi dativus exspectatur. ‚dare‘ semel cum dativo, saepius cum accusativo constructum inveni: Oed. 814 ‚qui meum dono dedit / corpus requiro‘. Cum nominativo aut accusativo: Tr. 288 (‚virgo‘) tumuloque donum detur‘; ib. 921 ‚deditque donum indici victrix dea‘; Phoen. 595 ‚coniugi donum detur‘; Herc. fur. 806 ‚munus‘; Herc. Oet. 1195 ‚praeda‘. Oct. 147 ‚munus‘. — Exspectatur autem dativus his locis: Herc. fur. 675 ‚necire labor est‘; Tr. 742 sequ. ‚ut cuiquam metus / possimus esse‘; Thy. 670 ‚quidquid audire est metus‘; Herc. Oet. 1688 ‚iam flere pudor est‘; Oct. 544 ‚id facere laus est‘.

Ad dativum finalem referenda esse puto: Tr. 330 ‚busto petis‘; Phoen. 548 ‚cineri quae petunt nostras domos‘; Oed. 292 ‚poenae petant (cf. Med. 972 ‚meque in exitum petunt‘); Tr. 809 ‚solacio relinque‘; Oed. 597 ‚damno convocat‘; Phdr. 1234 ‚poenae accrescat iecur‘; Herc. fur. 630 ‚leto petit‘.

Dativum gerundii et gerundivi, qui saepius apud Verg. et Ovidium leguntur, raro apud Sen. inveni; ex Lucano Obermeier pg. 43 quinque attulit exempla. ‚Solvendo non es‘, quod Cic. et Liv. (cf. Kühnast pg. 123) adhibent, legi: Oed. 942. Adiungo: Med. 295 ‚unus parando dabitur exilio dies‘; Ag. 11, locus hic habendae curiae‘.

Unum adiectivum cum dativo finali construitur; (saepe apud Ov. adiectiva cum hoc dativo coniunguntur) ‚aptus' quod scriptores aureae aetatis, cum ad rem spectat cum praepositione ‚ad', posteriores cum dativo coniungunt, Ov. bis cum dativo, Sen. semper cum dativo construit: Herc. fur. 906 ‚soror sagittis aptior', Phoebus lyrae'; Med. 89 ‚Pollux caestibus aptior'; Med. 697 ‚maior Pelasgis apta, Sidoniis minor'.

Haec addenda sunt de ceterorum adiectivorum constructione:

‚pronus' Sen., ut Ov., cum dativo et cum praepositione ‚in' construit, Luc. etiam genetivum usurpat et Verg. praepositionem ‚ad' adhibet. Cum dativo apud Sen. semel: Oct. 868 sequ. ‚pronum malo / animum'. Cum praepositione ‚in': Herc. fur. 316 ‚in peius'; Ag. 461 ‚in astra'.

Nonnulla adiectiva semper a Sen. cum praepositionibus construuntur: ‚fortis': (Verg. cum dativo) Tr. 316 ‚ad rogandum'; Herc. fur. 1283 ‚in puervo modo / pavidasque matres'; Tr. 755 ‚in pueri necem'; Phoen. 45 ‚in partem tui'. — ‚piger': Tr. 1154 ‚ad caedem'. Eandem praepositionem Ov et Sen. philos. (cf. Klotzium, qui complura exempla affert.) adhibent, Hor. (ep. 1, 2, 124) et Sil. (14, 264) genetivum usurpant.

‚fecundus': ‚in ignes' Ag. 706 (Item Sil., Luc. aut genetivum aut dativum). —

‚sterilis': ‚in poemas' Med. 956; Plin. mai., Vell. cum genetivo.

De adiectivis animi motum ad aliquem pertinentem significantibus haec annoto: ‚mitis' cum dativo: (apud Liv., Tac., Ov.) Phdr. 437 ‚beatis mitior rebus'; — ‚immitis': Phdr. 226 ‚coniugi castae'; — ‚trux' (ita Ov.) Oct. 109 sequ. ‚truces miserae mihi / vultus'. — ‚facilis' significans ‚gnaedig': (Ov. etiam cum praepositione ‚in' et ‚ad') Oct. 813 ‚regi'. — ‚difficilis' i. e. ‚unerbittlich' ab. Ov. et Plin., itemque a Sen. cum dativo, ex bonis scriptoribus exempla dativi non afferuntur: Herc. fur. 578 ‚lacrimis difficiles dei'. — ‚gravis' i. e. nocens, ut Ov., saepe cum dativo cf. Tr. 984 ‚miseriis'; Oed. 539 ‚unico imperio'; ib. 667i ‚Thebis'; Ag. 249 ‚sociis'; Thy. 88 ‚gravem populis luem'; Oct. 495 ‚principi et patriae'.

‚adsuetus' Verg. et Luc. cum dativo construunt, cum Ov. et Sen. ablativum usurpent, nam dativus nunquam ipsa forma apud utrumque apparet: Tr. 1069 ‚Priamo' (cf. Ag. 302 assuev

malis). Cum praepositione ‚ad‘ non, quantum video apud Verg., Ov., Luc, legitur, apud Sen. semel: Tr. 152 ‚non adsuetas ad sceptra manus‘. — Voces quae sunt ‚prope, propius, proxime‘ hoc loco adiungo. ‚prope‘ quod Cic. Sall. Liv. Ov. semper cum accusativo construunt, apud Senecam nunquam cum casu constructum legi; ‚prope a‘ invenitur: Herc. Oet. 764; ib. 1443. Etiam ‚propius et proxime‘, quae a bonis scriptoribus aliquoties cum dativo coniunguntur, Sen., consentiens cum Ovidio nunquam cum casu construit. ‚Propior‘ et ‚proximus‘ semper cum dativo (plane ita Cic. Ov.) cf. Phoen. 612 ‚orienti‘; Herc. fur. 458; Oed. 291; Herc. Oet. 618, 689. — ‚proximus a‘ quod Ov. paucis locis usurpat, apud Senecam non legi. — ‚vicinus‘ ut apud Verg. et Ov. apud Sen. semper dativum adsciscit cf. Phoen. 415; Phdr. 1136 sequ.; Ag. 68. — ‚sacer‘ significans ‚dis dedicatus‘ quod a Cicerone semper cum genetivo, a Verg., quantum video, cum dativo, ab. Ov. cum genetivo et dativo construitur, a Sen. semel cum dativo et semel cum genetivo coniungitur, cf. Tr. 71 sequ. ‚pinus matri / sacra Cybelae‘: Tr. 483 ‚est tumulus ingens coniugis cari sacer. — ‚similis‘ Seneca et cum ad personam et cum ad rem spectat semper cum dativo coniungit, (cf. quae Draeger p. 445 de Ciceronis usu dicit.) Verg. uno loco cum genetivo (A V 594 ‚Delphinum similes‘) Ov. raro cum genetivo, saepius cum dativo, cf. Herc. fur. 712 ‚quieto‘; ib. 1009 ‚furenti‘; Tr. 464 ‚patri‘; ib. 1117; Phoen. 427; Med. 24; Ag. 196; ib. 412; Thy. 698 etc.; — ad rem spectat: Phoen. 395 ‚fumo‘; Phdr. 586 ‚morti‘; Oed. 926; Oct. 172. – Item: ‚dissimilis‘: Phoen. 81 ‚generi virgo dissimilis suo‘? ; — ‚superstess‘ (Madwig ‚lateinische Grammatik‘ § 247 dativum rarius inveniri quam genetivum putat, cum Draeger pg. 445 rem ita se habere negat) Seneca ut Lucanus semper cum dativo: Ag. 709 ‚Troiae‘ Hectori, Priamo, sibi‘; Herc. Oet. 198 ‚sibi‘. — absolute ponitur: Herc. Oct. 1480.

De dativo praedicativo non multum annotandum est. Nam ‚mihi est monem‘, nomen habere‘ cum dat. nunquam legi. Nomen appellativum vel proprium, si addi posset, saepius omittit cf. Oed. 723 sequ. ‚nomenque genti / inauspicata de bove tradidit; ib. 813 ‚tumore nactus nomen ac vitio pedum.‘ Semel additur nomen proprium in genetivo collocatum: Oct. 337 ‚nomenque dedi Caesaris‘.

De Ablativo.

Cum prosae orationis scriptores (Cicero, Sallustius, Livius) verba simplicia et composita, quibus locus exprimitur, unde actio procedit, unde aliquid removetur — propria et translata significatione — plerumque cum praepositionibus ‚a, de, ex' coniungant, aliud iudicium faciendum est de poetis. Nam Vergilius praepositionem adhibere solet, si localis relatio propria est, si metaphorica ablativum solum ponit. (cf. Antoine pg. 167.) Ovidius apud verba simplicia saepius praepositionem, apud verba composita multo saepius ablativum usurpat. (cf. Hau p. 72.) Apud Senecam ne haec quidem discrepantia exstat, construit enim et verba simplicia et verba composita saepius cum ablativo quam cum praepositionibus, qua in re ita Lucanus eum sequitur ut multo saepius apud eum abl. exstet; attamen etiam apud Senecam multo maior est numerus verborum compositorum, quae nunquam praepositionem adsciscunt, quam simplicium.

Haec autem verba simplicia im medium proferam:

‚arcere' Verg. semel, Ov. bis cum praepositione ‚a' coniungunt, Luc. toties cum ablativo quoties cum praepositione, Sen. semel translata significatione cum praepositione. Itaque Draegeri sententia, qui pg. 503 hoc verbum a poetis semper cum ablativo usurpari dicit, falsa est. Sen. cum ablativo: Phoen. 322 ‚tectis'; ib. 586 ‚patria'; Thy. 748 ‚igne' (cf. Tac. qui ann. III, 23,[50] primus exhibet ‚aqua et igni arcere') — Metaphorice cum praepositione ‚ab' (ita Cic. et Liv), Tr. 489 ‚ab interitu'. —

‚cadere' quod Verg. cum ablativo et cum praepositione ‚de', Ov. cum ablativo et praepositionibus ‚a, de, ex', Luc. semper cum ablativo construunt, Sen. cum ablativo et praepositionibus ‚de et ex' coniungit. Cum ablativo: Tr. 175 ‚ruptis iugis'; Ag. 467 ‚collibus summis'. — Praepositio ‚de' legitur: Tr. 368 ‚turre de summo'; (cf. Phoen. 598 ‚in servitutem cadere de regno.) — praepositio ‚ex': Tr. 104 ‚ex umeris'; ib. 966 ‚e vultu'; ib. 1118 ‚e muris'; Thy. 856 ‚e caelo'.

‚cedere' quod Cic. Liv. Verg., Ov., saepe cum praepositionibus construunt, apud Sen. bis cum praepositione ‚ex' coniunctum inveni, cum Luc. semper ablativum usurpet. Cum ablativo: Herc. fur. 804 ‚antroque toto'; Phoen. 281 ‚occupato — imperio'; Med. 299 ‚Isthmo'; Ag. 303; Oct. 577; ib. 671. Cum praepositione

,ex': Herc. fur. 363 ,ex animis'; Herc. Oet. 1977 ,ex oculis'. Saepius dativus personae additur (alicui aliquid) Herc. fur. 684; Tr. 722.

,ferre' Sen. semper cum praepositionibus ,a, de, ex' coniungit; (Ov. et Luc. cum ablativo) ,ex: Tr. 447; Herc. fur. 494; Med 244; — ,a': Herc. Oet. 860 ,rupe aetheria' (hoc solum propria locali notione); — ,de': Tr. 305; Med. 827. —

,fluere' nunquam cum ablativo, qui saepe apud Ov. legitur, — Cum praepositione ,de': Herc. Oet. 1655 ,de caelo'; ,ex': Oed. 491 ,pumice ex sicco'.

,fugere' ut a Verg. et Ov. a Sen. cum ablativo et praepositionibus ,a' et ,ex' coniungitur, Luc. ablativum et praepositioninem ,a' adhibet. Cum ablativo: Herc. fur. 994, medio spiculum collo fugit'; (medium quod cod. E exhibet, recte ab editoribus in medio mutatum est.) — Cum praepositione ,e': Herc. fur. 1009 ,e latebris'; — ,a' Thy. 987 ,a labris'. — ,labi' cum ablativo et praepositione ,e' (item Verg., qui praepositionem ,a' et Ov. qui ,a' et ,de' adhibet.) Cum ablativo: Phdr. 140 ,via'; cum praepositione ,e' Thy. 926 ,exalto'. — ,legere' semper cum ablativo (Verg. etiam praepositionom ,ex') Herc. fur. 910 ,arboribus'; Phdr. 389, ,ramis'; Herc. Oet. 667 ,arboribus'. — ,manare' cum praepositione ,a' (Ov. etiam ablativum adhibet) Herc. fur. 711 ,a fronte'. ,mittere' saepius cum ablativo, ita etiam Ov., cum Draeger pg. 503 ex uno Floro huius constructionis exempla citet cf.: Tr. 929 ,saxo'; Med. 347 ,labente manu' Oct. 398 ,caelo'. — Praepositio ,ex' legitur: Tr. 1063 ,e muris'; Thy. 937; — ,a': Thy. 787 ,ab ortu missa'. — ,movere' cum ablativo: (Ov. etiam cum praepositionibus ,de' et ,ex') Herc. fur. 817 ,gradu'. — ,pellere' Verg. et Luc. semel, Ov. itemque Sen. saepe cum ablativo construunt. Herc. fur. 4 ,caelo'; Med. 250 ,urbe'; ib. 275; Oed. 955; Ag. 549; Rarius cum praepositionibus: ,ex' Phoen. 208 ,ex his' (sc. sedibus) Phdr. 429; ,a' Oct. 284 sequ. ,a patria /— aula'. ,pendere' apud Sen. nunquam ut aqud alios poetas cum ablativo seiunctionis qui dicitur, aut cum praepositionibus ,ex a' (ita apud bonos scriptores) constructum inveni, semper ablativus loci statuendus est, cf. Tr. 842; Oed. 537 ,aliena trabe' etc. — ,petere' semper cum praepositionibus (Verg. praepositionem ,a', Ov. et ablativum et praepositiones ,a, de, ex', Luc. semper ablativum adhibet) ,a': Herc. fur. 244 ,ab ipsis nubibus'; ,ex' Tr. 245 ,ex Mycenis'. — ,ponere' (deponere) cum ablativo (Ov. etiam cum praepositionibus ,de ex')

Ag. 328 sequ. ‚umeroque graves — / pone pharetras‘. ‚potare‘ Seneca non, ut Ov., cum ablativo coniungit; semel ‚bibere, ita constructum legi Phdr. 518 sequ. ‚sollicito‘ bibunt / auro superbi‘. ‚rapere‘ Verg. semper cum praepositionibus ‚de‘ aut ‚ex‘, Ov. et Luc. aliquoties cum ablativo, Sen toties fere cum ablativo, quoties cum praepositionibus construit: Med. 82 sequ. ‚usto tauri gutture raptus‘; Oed. 391, ib. 630 ‚patria‘; Herc. Oet. 1580 ‚terris‘; Oct. 264 ‚thalamis‘; ib. 975 sequ. ‚aris‘. — Cum praepositione ‚e‘ Tr. 798 ‚e nostro sinu‘; Ag. 848 ‚pectore e medio‘; Herc. Oet. 389; ‚de‘ Med. 798 sequ. ‚de medio / — sepulcro‘. — ‚rapere alicui aliquid legi: Herc. Oet. 1899; ib. 1932; Oct. 63. — ‚solvere‘ si notionem localem habet Sen. cum praepositione construit; Ov., Luc. hac notione saepius solo ablativo utuntur, quem Verg. semper adhibet. cf. Herc. fur. 797 ‚solvit a laeva feros / tunc ipse rictus‘. Si significat ‚befreien‘ semper, ut a Cicerone cum ablativo coniungitur cf. Herc. fur. 1063; 1342; Med. 872. Item construuntur: ‚resolvere‘ sensu locali cum praepositione ‚a‘: (Ov. ablativum adhibet) Phoen. 51 sequ. ‚a tuo nostram manum / corpore resolvet. — ‚liberare‘ semper cum ablativo, ut Ov. et Luc. cf. Tr. 551; Phoen. 642 ‚metu‘ etc.; — ‚levare‘ cum ablativo: (item Ov.) Tr. 295 ‚sanguine‘; Phoen. 7 ‚aspectu‘. ‚relevare‘ ut Ov. cum ablativo: Ag. 460 ‚iugo‘. - ‚trahere‘ Sen. congruens cum Ov. saepius cum praepositionibus quam cum ablativo construit. Cum ablativo: Oed. 557 ‚antro‘: ib. 599 ‚auras libero coelo‘; Oct. 810 ‚Iovem caelo‘. — Cum praepositione ‚a‘: Herc. fur. 359 sequ. ‚a stirpe — regia‘; Herc. Oet. 356 ‚ab. illa‘; ib. 394. — cum praepositione ‚ex‘: Tr. 173 ‚eximo‘; ib. 664 sequ. ‚e summo aggere‘. — ‚vacare‘ congruenter cum Cicerone, Caesare, Ov. construitur, quater enim praepositionem ‚a‘ legi, decies ablativum. Praepositionem inveni: Thy. 238 ‚ab insidiis‘; Herc. Oet. 484 ‚ab omni arbitrio‘; ib. 983 ‚error a culpa‘; ib. 1793 ‚victo ab. Alcide‘. Cum ablativo: Herc. fur. 17 ‚probro‘; ib. 1150 ‚spolio‘; Phoen. 533 ‚timore‘; ib. 599 ‚sceptro‘ etc. — ‚venire‘ nunquam a Sen. ut a Verg. et Ov. cum ablativo construitur, sed semper cum praepositionibus. Praepositio ‚a‘ invenitur: Phoen. 444 sequ. ‚ab Inachio — / muro‘; cum praepositione ‚ex‘: Oed. 984 ‚ex alto‘. — His adiungo: ‚colligere‘ cum ablativo: Herc. Oet. 792 sequ. ‚quod — / dives Sabaeio colligit truncis Arabs‘. Hoc loco addam vocem ‚procul‘ ut

apud Ov., apud Sen. saepius cum praepositione, quam cum ablativo invenitur, apud Verg. semel praepositio ‚a', apud Luc. saepius legitur. Sen. cum ablativo: Oed. 771 ‚Thebis procul.'. Cum praepositione: Med. 265 ‚procul — a coetu'; ib. 619 sequ. ‚a paternis / — reguis.' Oed. 530 ‚ab urbe' etc. Verg. et Luc. (hic vicies) ‚procul' absolute ponunt, Sen. fortasso uno loco: Med. 188 ‚arcete tactu et aspectu procut (nisi ablativum a procul pendere putas).

Verba, quae cum praepositionibus ‚a, de, ex' composita sunt, hoc modo Seneca construit:

‚abesse' Sen. nunquam cum ablativo, saepius cum dativo, bis cum praepositione ‚a' coniungit (Etiam boni scriptores praepositionem ‚a' adhibent, Ov. toties ablativum quoties praepositionem; apud Luc., qui saepius praepositione utitur V 664 ‚nulla meis aberit titulis potestas' dativum statuendum esse puto. Obermeier pg. 54 hanc rem non diiudicat). Praepositio ‚a' legitur Med. 932 ‚a me'; Oct. 107 ‚a fatis.' Dativus exstat ut apud bonos scriptores: Herc. fur. 1025 sequ. ‚corpori'; Med. 264 ‚ferro'; Phdr. 1261; Oed. 357. — ‚abstinere' Sen. congruenter cum Cicerone si intransitivum est cum ablativo, si transitivum, cum praepositione ‚a' construit. Apud Ov. intransitive semel cum ablativo exstat. Cum ablativo: Her. fur. 745 ‚sangiune humano'; Oct. 474 ‚caede'. Cum praepositione ‚a' Phoen. 329 ‚sanguine arcano'. — ‚abstrahere' quod Cic. Caes. Liv. Ov. cum praepositione construere solent Sen. semper cum ablativo coniungit (ita Luc.) Med. 144 ‚natis'; Phdr. 95 ‚solio'; ib. 844 ‚Tartaro'; Oct. 853 ‚nostris toris', — ‚auferre' si ad personam spectat a Sen. ut ab Ov. cum dativo, a Cicerone Liv. aut cum dativo aut cum praepositione ‚a' coniungitur: Tr. 422 ‚mihi'; idem Phoen. 56; ib. 213 ‚tibi'; Oct. 242 ‚fratri'. Ad locum pertinens praepositionem ‚a' et ablativum (item Ov. et Luc.) adhibet semel autem dativum: Phoen. 248 ‚novae luci'. Neque apud Ov. neque apud Luc. ipsa forma apertum est, utrum dativus an ablativus statuendus sit, ita etiam in ceteris Senecae locis res se habet; cf. enim Tr. 191 ‚manibus meis'; Herc. fur. 1034 ‚Herculeis manibus. Ablativus legitur, ubi non est localis notio: Ag. 275 ‚Venere furtiva'. — ‚avertere' quod Cic., Caes, Liv. cum praepositione ‚a' construunt, cum Ov. et praepositionem et ablativum adhibeat, Sen., ut Verg. et Luc., semper cum ablativo

usurpat: Phoen. 540 sequ. ‚moenibus patriis'; Med. 10, aversa superis regna' (sic serte legendum est, non adversa, quod A exhibet.) — ‚amovere' cum praepositione ‚a': (additum est procul) Phdr. 704 ‚procul corpore a casto.' Saepius absolute ponitur cf. Tr. 455; ib. 570. - ‚decidere' apud. Cic. et Liv. plerumque praepositiones asciscit, apud Ov. aut praepositiones aut ablativum, apud Sen. semper ablativum: Ag. 486 sequ. ‚rupto caelo'; ib. 851 ‚alto caelo.' (cecidit quod E traditur recte ab editoribus in decidit mutatum est.) Eodem modo ‚deducere' Sen. ut Luc. semel cum praepositione ‚a' coniungit: Herc. Oet. 1441 sequ. ‚ab ipsis / — astris' (cf. Luc. VI 70 ‚a tuta Petra'.) Saepius ut Luc. cum ablativo, qui apud Verg. et Ov. raro exstat: Med. 210 ‚genus — avo Sole'; Phdr. 324 ‚fida — properante fuso'; Oed. 468 ‚torrenti ripa.' — ‚deicere' propria notione cum ablativo (item. Ov., cum Cic. et Liv. solum ablativum usurpent, si verbum metaphorice positum est) Thy. 803 sequ. ‚limite certo.' — ‚delabi' cum ablativo: (item Luc., Verg. et Ov. etiam cum praepositionibus) Phoen. 431 ‚caelo.' — ‚descendere' (Cic. et Liv. semper praepositiones usurpant, Ov. et ablativum et praepositionem ‚ex') cum ablativo: Phoen. 445 sequ. ‚Thebana arce'; Herc. Oet. 468 ‚astris desertis'. — ‚despicere' cum ablativo: Phdr. 785 ‚stellifero polo' cum praepositione ‚e': Herc. Oet. 1694 ‚ex aliqua parte.' — ‚desistere' cum ablativo: (item Cic. Caes. Liv. Ov.) ‚coepto' Phoen. 103. — ‚detrahere' quod Cic; Liv. cum praepositionibus ‚de' et ‚ex' iungunt, Ov. semel cum ablativo (Met. 11, 109 ‚non alta fronde virentem / ilice detraxit virgam) saepe cum dativo, Sen. semper cum dativo construit: Herc. fur. 544 ‚corpori'; ib. 1153 ‚mihi'; Tr. 299 sequ ‚patri'; quare etiam his locis dativus statuendus erit: Oed. 479 ‚trucibus puellis'; Oct. 556 ‚polo'; ib. 688 toris altis'. — ‚discedere' a Cic., Caes., Liv. cum praepositione ‚a', ab Ov., Luc. itemque a Sen. cum ablativo et cum praepositione coniungitur. Cum ablativo Med. 927 ‚loco'. — cum praepositione: Phoen. 49 ‚a patre'; Med. 967 ‚a me.' — ‚efferre' Verg. et Ov. aut cum praepositione, aut cum ablativo construunt, Luc. semper cum ablativo, Sen. semel cum praepositione ‚e', saepius cum ablativo coniungit. Praepositio legitur: Ag. 569 ‚vertice e summo'; — saepe ablativus: Med. 225 ‚Colchico regno'; Med 870 sequ. ‚quando efferet Pelasgis — arvis / gressum.' Med. 891; Herc. Oet. 581; Oct. 593, ib. 667. — ‚eicere' ut boni scrip-

tores Sen. cum praepositione et cum ablativo (Ov. et Luc. semper cum ablativo). Praepositio ‚e‘ invenitur: Herc. fur. 457 ‚e matris utero.‘ Ablativus: Ag. 173 ‚portu.‘ — ‚emergere‘ cum ablativo (ita poetae, prosae orationis scriptores inde a Tac.) Oed. 609 ‚solo‘; Oct. 134 ‚umbris‘ (‚undis‘ quod in codicibus traditur, iam ab Heinsio mutatum est). Oct. 706 ‚freto.‘ — ‚emittere‘ ut Luc. semper cum ablativo, Liv. et Ov. etiam cum praepositione: Oed. 394, Erebo‘; Oed. 932 ‚silvis‘; Ag. 2 ‚specu‘; Herc. Oet. 1240 ‚manu‘; ib. 1308. — ‚eripere, non cum praepositionibus constructum inveni; (Cic. Caes. Liv. ‚ex adhibent, Ov. etiam ‚ab‘) cum ablativo (ita etiam Cic. et Ov.) Med. 102 ‚thalamis‘; ib. 220 ‚regno.‘ Saepissime autem legi constructionem etiam apud alios usitatam ‚alicui aliquid‘: Herc. fur. 503; Tr. 328; ib. 418, 557 etc. Similiter ‚demere‘ Sen. cum ablativo construere videtur, quamquam ipsa forma casus non apertus est: Tr. 936 ‚unum hoc deme nostris cladibus.‘ — ‚eruere‘ congruenter cum Cic. et Liv. cum praepositione ‚ex‘: Phoen. 358 sequ. ‚ex / silvis‘ (Ov. et praepositionem ‚ex‘ et dativum et ablativum adhibet, Luc. semper ablativum.) - ‚erumpere‘ cum ablativo (ita, quantum video, Verg., Liv. et Luc. etiam cum praepositionibus, ex Ovidio Hau pg. 90 unum exemplum citat idque cum praepositione ‚ab‘: Ib. 151 ‚Stygiis — ab oris‘) — ‚evocare‘ ut Verg. Ov. Liv. cum ablativo (Cic. et Caes. praepositiones adhibent) Med. 754 ‚nubibus siccis‘; Oed. 395 ‚noctis aeternae plagis.‘ — ‚excedere‘ iam apud Cic. Caes. cum ablativo legitur, ita Sen. Phdr. 469 ‚rebus humanis‘ (Item Liv. Verg.; Ov. semel praepositionem ‚de‘ usurpat: Met. 6, 669 ‚de pectore‘) — ‚excidere‘ ut boni scriptores cum praepositione ‚ex‘: Herc. fur. 465 sequ. ‚ex umeris.‘ Item ‚excire‘ congruenter cum bonis scriptoribus cum praepositione ‚a‘: Herc. fur. 86 ‚ab imo Tartari fundo‘ (Liv. Verg., Ov., Luc. cum ablativo.) — ‚excutere‘ cum ablativo (Ov., ut boni scriptores etiam praepositionem adhibet) Med. 27 ‚manibus‘; Phdr. 515 ‚silvis‘; ib. 1092 ‚devio polo‘. — Saepius dativum personae addit (cf. Cic., Ov.) Phoen. 404 ‚fratribus‘; Herc. Oet. 1394 ‚mihi‘. — ‚exire‘ (Verg. semel ablativum usurpat, Ov. et Luc. saepius ablativum quam praepositionem) Sen. semper ablativum: Med. 954 sequ. ‚meo / — utero‘; Herc. Oet 262; Herc. Oet. 507. ‚exoriri‘ cum praepositione ‚ex‘ (item Verg.) Tr. 427 ‚ex magno‘. Cum ablativo: Oed. 2 ‚nube squalida‘. ‚expellere‘ apud Verg. saepius cum praepositione quam cum ab-

ativo, apud Luc. multo saepius cum ablativo quam cum praepositione, itemque apud Sen., cum Ov. nunquam praepositionem usurpet. Cum praepositione ‚ex' (semel): Med. 557 ‚ex animo'. Cum ablativo: Phdr. 169 ‚mente'; Oed. 22; ib. 671; Ag. 297; Oct. 241, 909. — ‚exserere' cum ablativo (Ov. semel cum praepositione ‚e') Ag. 484 ‚Oceano'; ib. 554 ‚imis undis'. Ablativus loci est: Herc. fur. 594 ‚inlustre latis exeris terris caput' et Oed. 532i ‚cupressus altis exerens silvis caput'. — ‚exsilire' cum ablativo: (item Luc., Ov. etiam praepositionem ‚e' adhibet) Herc. Oet. 849 ‚polo'. Huc adiungo: ‚elidere': Oed. 734 ‚cantus -- aere'. — ‚exsecare': Herc. Oet. 1805 ‚meis visceribus'. — ‚exsolvere' ab omnibus scriptoribus cum ablativo excepto Lucret. 3, 696 ‚omnibus e nervis'. (cf. Draeger pg. 515) Tr. 338 ‚iugo'. — ‚extrahere' Ov. cum praepositione ‚de', Luc. cum ablativo et praepositione ‚de', Sen. semel cum ablativo, saepius cum praepositionibus ‚e' et ‚a' construit. Cum ablativo: Phoen. 165 ‚hac'. Cum praepositione ‚e': Herc. fur. 95 ‚e regno'; ‚a' Phoen. 6 ‚ab hac vita'; Thy. 1 ‚sede ab infausta'. — exundare cum ablativo (item Plin. ep. 5, 6, 20: ‚marmoreo labro') Phdr. 102 sequ. ‚Aetnaeo antro'. Ag. 902 ‚trunco cruor exundat'. — Consentit Sen. cum Verg. et Ov. eo, quod verba cum praepositionibus ‚pro', ‚sub' et cum particula ‚re' composita saepius cum praepositione quam cum ablativo coniungit. Singula autem verba aut cum ablativo, aut cum praepositione connectit utraque constructio in uno verbo, referendi reperitur. Luc. haec verba plerumque cum ablativo coniungit, si praepositionem addit, praepositionem ‚a' praefert praep. ‚e'.

‚prohibere' cum ablativo (ita Ov. et Luc. Verg. etiam cum praepositione ‚a') Tr. 18 ‚flamma'; Phoen. 146; Herc. Oet. 512. prosilire ut Verg. et Luc. cum ablativo (Ov. etiam cum praepositione ‚de' (cf. Oed. 355 ‚venis'); — ‚procedere' Verg. cum ablativo, Ov. cum praepositione ‚a', Sen. cum praepositione ‚e' construunt: Tr. 705 ‚e latebris'. — ‚profundere': ‚e plaga' Oed. 141 (item Ov.) — ‚redire' apud Verg. cum ablativo, apud Ov. saepius cum praepositione ‚a' quam cum ablativo, apud Sen. semper cum praepositionibus coniungitur: ‚e' Tr. 50 ‚e iugulo'. — ‚a' Herc. Oet. 981 sequ, ‚ab illis'; ib. 1947. Similiter ‚reverti': ‚ab inferis' Herc. fur. 117 (Ov. nunquam cum praepositione) — ‚recedere' quod Ov. cum ablativo et praepositionibus ‚a' et ‚ex' coniungit, Sen. congruens cum Luc. cum praepositione ‚a' construit: Ag.

972 ‚ab aris'; Oct. 553. — ‚referre' Verg. cum ablativo, Sen. et Ov. aut cum ablativo aut cum praepositione ‚a' coniungunt, cum Luc. semper praepositionem ‚a' addat. — Cum ablativo; Herc. Oet. 839 ‚litore Euboico'; cum praepositione: Thy. 429 sequ. ‚a patria'. — ‚removere' Sen. cum ablativo construit, cum Ov. etiam praepositiones ‚ex' et ‚a', Luc. ‚a' usurpent, cf. Phoen. 511, patria'; Ag. 603 ‚cladibus meis.' — ‚submovere' cum praepositione ‚a' (Ov. cum ablativo) et praepositione ‚a' (Luc. cum ablativo) Phoen 211 sequ., ‚ab aspectu'.

De verbis originem significantibus haec annotavi: Cum boni scriptores participiis, quae sunt ‚natus, nata' non, quasi sint substantiva, genetivum aut pronomen possessivum addant, Seneca hoc saepe facit (ita etiam Ov.) Tr. 248 ‚tuam natam'; ib. 532 sequ. ib. 648; Phoen. 109; Ag. 956; Herc. Oet. 278 sequ. ib. 1893. Cum genetivo: Herc. fur. 310 ‚Herculis'; ib. 1002; Tr. 247; ib. 554; Oed. 715; Ag. 293, 368, 616, 985; Herc Oet. 354, 1495, 1864. — Ceterae constructiones verbi, quod est nasci, eaedem fere sunt, quae apud bonos scriptoros. Saepissime enim Seneca ablativo utitur et praepositione ‚ex' (ita boni scriptores cf. Draeger pg. 627) semel praepositione ‚a' nunquam praepositionem ‚de', quae apud Ovidium usitatissima est. Ex Virgilio Antoine nullum exemplum profert, in quo verbum quod est nasci cum praepositionibus constructum sit, invenitur autem ‚a' A 3, 98 ‚ab illis', Obermeier pg. 58 et Lucano semel praepositionem ‚ex' citat: II 631. Praepositio ‚a' apud Sen. legitur: Herc. Oet. 335 seq. ‚ab occasu'; — ‚ex': Tr. 343; Ag. 838 ‚pectore ex uno'; Herc. Oet. 97 sequ. — Ablativus invenitur: Herc. fur. 262 ‚Jove', ib. 273; Tr. 242; Med. 634; Ag. 907. — creatus' cum ablativo (Verg. etiam praepositionem ‚de', Ov. ‚de et ex' usurpant). Herc. Oet. 437 ‚Jove'. — ‚editus' semper cum ablativo (Ov. semel praepositionem ‚de': Her. 5, 10 ceteris locis cum abl.) Phoen. 320 ‚regia stirpe'; Med. 169; Herc. Oet. 1490. — ‚generatus' cum ablativo (ita quantum video Verg, Ov. etiam praepositionem ‚a' addit.) Oed. 866 ‚quo patre'; Phdr. 274; Oct. 534. — ‚genitus' praeter Phoen. 287 ‚genitos ex me' semper cum ablativo, qui a Vergilio et etiam a prosae orationis scriptoribus inde a Livio adhibetur, Ov. etiam praepositiones ‚de' et ‚ex' usurpat. cf. Herc. fur. 118 ‚Jove'; ib. 438, ib. 527; Med. 560, 625. Genetivum adsciscit genitus: Oct. 141 ‚genitamque fratris'. (Hic locus veteribus interpretibus magnas difficultates prae-

behat et Gronovius, (cf. editio Schroederei Delphis 1728) qui vocem ‚genitus' non similiter ac ‚natus' cum genetivo construi posse, putabat, legendum proponit: ‚genitam fratre'. Sed hoc omnino non necessarium esse censeo. ‚ortus' cum praep. ‚e' (Verg. A. I 626 ‚a'). Herc. fur. 260 sequ. ‚e cuius arvis eque fecundo sinu'. Boni scriptores participium ‚ortus' si de maioribus sermo est cum praepositione ‚a' coniungunt. — ‚satus' semper cum ablativo (ita poetae, ut Verg., cf. Krebs in Antibarbaro s. v. Ov. sèmel praepositionem ‚a', semel ‚de' usurpat) Med. 231 ‚Borea'; Oed. 588 ‚dente Dircaeo'; Ag. 234 ‚Leda'; ib. 323 ‚Tiresia'; Herc. Oet. 437, Alcmena'; Oct. 140 ‚sanguine alieno'; ib. 560, Vulcano. In universum igitur raro Seneca praepositionibus apud haec verba utitur.

Liceat mihi nonnulla alia eiusdem notionis verba afferre in quibus Seneca semper praepositionem ‚ex' adhibet, cum Verg. in eiusmodi exemplis praepositiones ‚de' et ‚ab.' Ov. ‚ut apud participium ‚natus' semper ‚de', Luc. ‚de' et ‚ex' usurpet. cf. Herc. fur. 494 ‚ex coacta — partum feram'; ib. 908 ‚non ex noverca frater'; Tr. 342 ‚ex virginis concepte furtivo stupro'; Phoen. 449 ‚sequ. ‚peperi — / — ex quo'?; Ag. 157 ‚suboles ex illo'; Med. 920 ‚ex paelice liberos haberet'; Herc. Oet. 1313 sequ. ‚frater — / ex noverca'; ib. 1314 sequ. ‚soror — / ex parente'; ib. 1496 ‚quidquid ex nobis habet'.

Ablativo loci Seneca hac ratione utitur: Non valde discrepat a Cicerone Caes., aliis, in usu illarum vocum, quae apud hos et cum praepositione ‚in' et omissa praepositione in solo ablativo ponuntur. Nam adiectivum ‚medius' si cum substantivo locali sensu coniunctum est Sen. toties in solo ablativo ponit, quoties praepositionem ‚in' admittit. Antoine pg. 216 Vergilium rationem quandam servasse dicit in adhibenda aut omittenda praepositione, qua de re Wagner ‚Quaestiones Vergilianae' egit. Haec norma neque apud Senecam, neque apud Luc. invenitur. Ov. ‚medius' cum praepositione ‚in' et ablativo plus sexaginta, in solo ablativo quadraginta locis ponit. — Item septem exempla inveni, ubi ‚totus' cum substantivo, quod locum significat, coniunctum in solo ablativo positum et quinque ubi praepositio addita est. Similiter res apud Verg. et Ov. se habet, cum boni scriptores plerumque praepositionem omittant. In constructione substantivi, quod est locus Sen. cum bonis scriptoribus non plane congruit. Sexies decies enim solum ablativum et decies, praepositionem ‚in'

inveni. Si cum genetivo coniunctum est Cic. ‚loco' et ‚in loco' usurpat, Sen. ablativum solum: Ag. 153 ‚ignis saepe medicinae loco est'. Nunquam autem Sen. ablativum ‚loco' sine attributo adhibet, id quod apud Verg., Ov., Luc. invenitur. — ‚Parte', ut apud Verg. et Ov. sic apud Sen. multo saepius sine praepositione quam cum praepositione legitur, apud Luc. semper ablativus exstat. Solus ablativus invenitur: Herc. fur. 6 ‚alta parte' ib. 1293; ib. 945; Tr. 625; Med. 995 etc. Cum praepositione: Phdr. 663 sequ. ‚quacunque — / in parte'; Oed. 368 ‚in parte dextra'; Thy. 231 sequ. ‚tuta — / in parte'.

Seneca aliorum substantivorum ablativo locali saepius omisso attributo utitur, quod antiquo tempore raro, a poetis aureae aetatis et a prosae orationis scriptoribus inde a Livio saepius et a Tac. saepissime usurpatur. Omnes fere quas ex Sen. attuli voces etiam apud Verg., Ov., Luc. ita inveniuntur. cf. ‚terra'? Herc. fur. 271; Oct. 480. – ‚terris' Oct. 339; ‚mari' Herc. fur. 271; Oct. 480; ‚tectis' Med. 578; — silva: Herc. fur. 1047; — ‚aris': Oed. 383. — ‚prora' Oed. 457; — ‚freto' Oed. 459. — ‚polo' Thy. 49. — ‚focis' Thy. 146. — ‚caelo' Oct. 208, 231; Ag. 531; Oed. 44; Herc. Oet. 1299. — ‚thalamis': Med. 16; Oct. 145. — ‚templis' Oct. 478. — ‚pelago' Ag. 411 a. — ‚saxis' Herc. Oet. 1331. — Genetivus ad substantivum ponitur loco adiectivi: Herc. fur. 228 ‚Erymanthi iugis'; Med. 77 Taygeti iugis'; ib. 384 ‚Pindi nivalis vertice aut Nysae iugis'.

Praeter haec afferri possunt: ‚caminis Aetnaeis': Herc. fur. 106. – ‚aeternis caminis' Thy. 585. — ‚silva Armenia' Thy. 732. — ‚litore externo' Med. 619 — ‚verno ramo cantat' Ag. 670. — ‚omnibus ripis' Med. 764. – ‚feroci corde' Herc. fur. 1082 ‚campo — Elysio' Tr. 944; ‚Aetnaeis iugis' Phdr. 190. — ‚extremo mari' Phdr. 1048, — ‚altis textis' Thy. 457. — ‚stet — / aulae culmine lubrico' Thy. 391 sequ. — ‚rupe celsa' Herc. Oet. 782. — ‚tramite laevo' Phdr. 17.

Semel adiectivum solum in hoc casu positum legi, sc. ‚medio' Oed. 542. (idem Ov.)

Nonnulla verba motum aliquem significantia hoc loco afferenda sunt, quae saepius ablativum loci adsciscunt, sed nunquam Sen. illa verba cum praapositione ‚in' et accusativo coniungit, quod apud Ciceronem et Caes. (cf. Draeger pg. 659) et apud Ov. et Luc. (semel ‚recipere' in templa VIII 831) invenitur. De

hoc Vergilii usu nihil annotat Antoine et quantum video haec constructio apud eum non legitur. Apud Sen. semel praepositio ‚ad' exstat: Oed. 338 ‚primos ad ortus positus'.

‚figere' cum ablativo: Oed. 968; Thy. 662 Herc. Oet. 451 ‚medullis'. — Cum praepositione ‚in' et ablativo Thy. 928 ‚in plano'. Herc. Oet. 868 ‚in thalamis meis'. Item ‚defigere': ‚hastam solo' Phoen. 469.

‚ponere' sexies cum praepositione ‚in', et novies cum ablativo legi (Ov. bis praep. ‚in' adhibet) cf. Herc. fur. 708 ‚qua sede; Med. 370; Oed. 677 etc. — praepositio invenitur; Tr. 1024; Oed. 24, 374 etc. — Eodem fere modo construuntur ‚deponere' cum ablativo: Med. 722 ‚Pangai iugis'. — ‚reponere' ‚excelso — / solio': Tr. 886 sequ.; Phdr. 1268 etc. ‚locare' nunquam cum ablativo solo, sed semper cum praepositione: Tr. 656 ‚in tuto'; Ag. 58 sequ. Sic in universum haec verba eodem modo construuntur quo apud Verg., Ov. Luc. Item res se habet apud verba quae sequntur: ‚sedere' bis cum praepositione ‚in' et ablativo: Herc. fur. 721 ‚in quo'; Herc. Oet. 204. Toties cum ablativo, ut omnia exempla afferre longum sit. cf. Herc. fur. 72 ‚collo' ib. 199, 704, 731, 751, 792, 804 etc. — ‚residere' cum praepositione: Thy. 583 ‚rupe ferventis — in Aetnae'; Oet. 699, 728. — Cum ablativo: Oed. 24 ‚aurato curru'; Ag. 672 sequ. Herc. Oet. 1044. — Mira inconstantia editores Peiper et Richter atque Leo de verbo quod est ‚insidere' statuerunt. Nam Phoen. 122 legunt ‚hoc saxum insidens', et Med. 29 ‚curru insidens'. Codices habent Phoen. 122 E ‚hoc saxum', A ‚hoc saxo'; Med. 29 E ‚currus', A ‚curru'. Legis metricae causa sane editores altero loco cod. A sequuntur. Equidem, quia nunquam Sen. verba ponendi et sedendi cum praepositione ‚in' et accusativo coniungit, utroque loco A sequendum esse censeo, itaque scribendum propono: Phoen. 122 ‚hoc saxo' et item Med. 29 ‚curru'. — Semel adhibet Sen. praepositionem ‚per': Oed. 224 ‚torpor insedit per artus'. (pro ‚in artubus' aut ‚artubus'.) —

Satis frequens est usus huius ablativi, si via, per quam motus fit., significatur. Plus triginta exempla inveni, cf. Herc. fur 66 ‚lenta veniet via'; ib. 163 ‚urbibus errant', ib. 288, 868; Tr. 187 ‚cruento erravit vado'; ib. 649; 776, Med. 144; Oed. 44 ‚caelo labitur'; Ag. 138 ‚fluctibus variis agor'; ib. 909; Herc. Oet. 85 sequ. ‚vallibus currat novis / Hister'; ib. 1888.

Vox ,trames' multo saepius a poetis quam a prosae orationis scriptoribus usurpatur, itaque etiam ablativus ,tramite' plenumque apud poetas invenitur; apud Ov. bis, apud Sen. semel Herc. Oet. 676 ,stabili — tramite currit'. Ex Verg. nullum citat exemplum Antoine, legitur autem A. 5, 610 ,cito tramite'. De Luc. nihil annotat Obermeier.

De verbis recipiendi, excipiendi, tenendi, quae hoc loco adiungenda sunt recte Hau pg. 105 dicit, ea ,instrumentalem potius quam localem significationem habere', attamen ut apud Verg., Ov., Luc. etiam apud Sen. satis multa exempla inveniuntur, in quibus de ablativo locali cogitandum est. — ,recipere' (apud Luc., ut supra dixi, semel cum praep. ,in' et acc.). Phdr. 1241 ,aeterna domo'; ib. 622 ,sinu'; Thy. 741 ,pectore'; Oct. 380 ,arce'.

,excipere' a bonis scriptoribus raro cum ablativo coniungitur (cf. Draeger pg. 527) ex Verg. unum citat exemplum Antoine (A VII 177) multo plura ex Ov. et Luc. annotantur, ex Sen.: Med. 284 ,sinu'; Oed. 298 ,pectore'; idem Ag. 232.

,tenere' sensum localem praebet: Oct. 215 sequ. ,aetherio / — toro'; Herc. fur. 1310 ,in ore primo'. — Multo autem saepius hoc ablativo instrumentum significatur, quo quis retinetur cf. Phdr. 1115 ,vinclo'; Thy. 491 etc. — Item ,retinere' locali sensu: Med. 623 ,portibus'; Oed. 959 ,sedibus'. Instrumentum significatur: Med. 65 ,cornu'; Med. 358 sequ. ,cantu'. — ,detinere' cum ablativo: Ag. 55 ,polo'; cum praepositione: Herc. fur. 1258 ,in ista luce'.

De verbis, quibus notio ,einschließen, verbergen' inest, haec annoto:

,abdere' cum ablativo (Verg. et Ov. saepius cum ablativo quam cum praepositione, Luc. semel ,in' cum abl. X 445) Oed. 327 ,nube densa abdidit'. Ceteris locis participium ,abditus' exstat, quod saepius cum solo ablativo, quam cum praepositione iungitur: Phdr. 147 sequ. ,Lethaeo / — profundo'; ib. 778; Ag. 727. Cum praepositione (ita boni scriptores semper) Herc. fur. 695 ,in extremo'; Phdr. 933 ,in recessu extremo'? — Semel ,abdere' cum dativo, quo motus exprimitur, construitur (ita Verg. A 2, 553 cf. etiam Sen. de benef. 3, 20 ,cui inclusa est'; non ita Ov. et Luc.) Tr. 48 ,alto nefandum vulneri ferrum abdidit'.

,claudere' Verg. et Luc. semper fere cum ablativo constru-

unt, Ov. saepius cum praepositione, Sen. semel cum praepositione: Med. 820 ‚fulvo — in auro'. Cum ablativo: Phoen. 467 ‚vagina — ensem'; Phdr. 781; Thy. 1068; Oct. 682. — Item ‚includere' ut apud Verg. et Ov. cum ablativo (Cic. praep. ‚in' adhibet) Herc. fur. 737 ‚carcere'; Tr. 340; Med. 215; Oed. 707. — ‚concludere' (poeticum) Phdr. 122 ‚domo'.

‚condere' quod Verg. et Ov. saepius cum praepositione quam cum ablativo construunt, Luc. saepius cum ablativo, Sen. semel cum praep. ‚in' coniungit: Herc. fur. 92 ‚in alta — caligine'. Cum ablativo: Herc. fur. 1010 ‚sinu'; ib. 1290; Tr. 521; 580; Phoen. 144 ‚Tartaro'; Med. 653; Phdr. 818 etc. Item ‚abscondere' cum praepositione: Thy. 722 ‚in vulnere'; cum abl.: Phdr. 1205 ‚sinu'. Semel ‚sub' legitur: Herc. fur. 826 sequ. ‚sub Herculea — umbra'. — ‚recondere' cum ablativo ‚domo': Phdr. 524.

‚latere' ut Ov. saepius cum praepositione ‚in': Thy. 533; Herc. Oet. 1249, 1666. Cum ablativo: Phoen. 359 ‚cavo'; Phoen. 126. — ‚latitare': ‚antro' Herc. fur. 1107.

‚mergere' quod Verg. raro cum ablativo, Ov. cum ablativo et etiam cum praepositionibus ‚in' cum acc. ‚in' cum abl., ‚sub' construunt, Luc. saepe cum ablativo, Sen. semel cum praepositione ‚sub', saepe cum ablativo coniungit. ‚sub': Herc. Oet. 1927 ‚sub undas'. — Cum ablativo: Herc. fur. 26 ‚Oceano'; ib. 422; Tr. 648 sequ. Phdr. 643 etc. — ‚demergere': ‚aenis' Thy. 1060.

‚occulere' cum ablativo (item Luc. Ov. semel cum praepositione ‚in' et ablativo) Tr. 477 ‚qua — sede'; Phdr. 875 ‚fido pectore'.

In adhibendo ablativo temporis Sen. non multum dissentit a scriptoribus aureae aetatis. Nam raro illo sine attributo utitur, cf. Phdr. 766 ‚solstitio'; Tr. 11 ‚nocte — die'; Tr. 170 sequ. ‚ortu'. — ‚bello' et instrumentalem et localem notionem habet: Herc. fur. 561 et Tr. 163 ‚bello moriens'; Phoen. 484 ‚furere — bello'. Si locus significatur praep. ‚in' additur: Herc. fur. 402; — Tr. 311 ‚in bello decus'. — Si significatur, actionem quandam intra longius spatium actam esse, Ov. et Luc. saepius praepositione ‚in' utuntur, Sen. non nisi in posteriore Herc. Oet. parte et in Oct.: Herc. Oet. 1423 ‚toto in aevo'; Oct. 97 ‚longo in aevo'. Ceteris in fabulis ablativus legitur: Tr. 68 sequ. ‚continuis annis'; ib. 274 ‚annis decem'; ib. 1075 sepu. ‚bis quinis — / annis'; Med. 291;

Ag. 625; ib. 826. Talis ablativus vertendus est praepositione ‚nach'; Tr. 542 ‚tempore exiguo subit.'; Ag. 865 sequ. — Praepositione ‚seit': Phoen. 501 sequ. ‚longo tempore / petita votis ora'; Tr. 911 ‚annis decem captiva'.

Si tempus significatur, quod totum actione quadam completur, exspectamus accusativum. Legitur autem ablativus: Tr. 1175 ‚quaesita tota nocte'. Raro hoc etiam apud Verg., saepe apud Ov. et Luc. invenitur. — Nonnullis in exemplis praepositio ‚in' addita est, ubi deesse debet. Ex Verg. eiusmodi exempla non citat Antoine, satis multa autem apud Ov. (cf. Hau pg. 110) et apud Luc. (cf. Obermeier pg. 63) exstant. Ex Sen. haec affero: Oed. 775 ‚primone in aevo'; Thy. 317 sequ. ‚tam rudibus / in annis'; ib. 753 sequ. ‚nullo — / — in aevo'; Oct. 447 ‚aetate in hac'; ib. 538 ‚teneris in annis'.

Commemorandus denique est v. Thy. 306 ‚malorum sensus accrescit die' (ablativus positus est pro ‚in dies.').

Nunc agam de ablativi modi usu. Sine attributo pauci ablativi leguntur, qui non apud bonos scriptores ita usurpantur: ‚arte' (Cic.) Tr. 354; Med. 824 etc. – ‚astu' (idem Plaut. et Ter.) Phdr. 153; — ‚dolo' (apud bonos scriptores) Oed. 241; Phdr. 153; Herc. Oet. 438. — ‚cursu' (apud Luc., Draeger pg. 530 etiam ex bonis scriptoribus citat) Phdr. 110; Oct. 409. – ‚fraude' apud (bonos scriptores) Ag. 207; ib. 298; Thy. 224. — ‚merito' (Ov.) Med. 923. — ‚ritu' Phdr. 526; — ‚furto' = furtim Ag. 207. — ‚sponte' (Tac. Plin. Ov.) Tr. 573. — Saepius pronomem possessivum addit: Tr. 1102; Oed. 678 etc.

Fieri potest, ut non clare et aperte dici possit, utrum ablativus instrumenti an modi statuendus sit: cf. Med. 12 ‚voce non fausta precor', ubi ‚vox' instrumentum significat, quo precatur, et ‚voce non fausta' positum esse potest pro ‚infeliciter'. Herc. Oet. 1421 ‚scelere materno' (instrumentalis videtur) cf. ib. 1467 sequ.

Praepositionem ‚cum' Sen. ablativis, si genetivum aut adiectivum omittit, saepius addit (item Ov.) Oed. 375 ‚cum fremitu'; Ag. 902 idem; Oct. 270 ‚cum fletu'. Genetivum adicit Sen., ritu': Herc. fur. 478 ‚pecorum'. — ‚more' saepius cf. Tr. 1125 ‚theatri'; ib. 1132 ‚thalami'; Med. 694, 752 etc. ‚modo' cum genetivo primum apud Liv. invenitur (cf. Kuehnast pg. 178) saepius apud Ov. legitur:

Tr. 230 ‚turbinis vasti'; Med. 78; Phdr. 1112; Herc. Oet. 1352 ‚nuptae dolis'. —

Ad vestitum significandum praepositionem ‚in' inveniri apud Curt. et Suet dicit Draeger pg. 539, legitur autem etiam apud Ov. (cf. Hau pg. 112) et apud Sen.: Phoen. 388 sequ. ‚adest nudatis / in armis'. Saepius ablativus exstat: Ag. 879 sequ. ‚picta veste sublimis iacet; Herc. Oet. 960 ‚stricto ferro stetit'. (Ov. duobus tantum locis solum ablativum habet.) Praepositio ‚cum' (item Ov. saepius) Herc. fur. 261 ‚stricto — cum ferro stetit'.

Comitatum Sen. praepositione ‚cum' exprimere solet cf. Med. 88 sequ. ‚sedet Castore cum suo / Pollux; ib. 239 sequ.; Phdr. 661; Ag. 550; Herc. fur. 12, 87 etc.

Loco ablativi modi non raro Sen. adhibet praepositiones ‚de', in, per'. (Verg. praecipue usurpat elocutiones ‚de more', ‚ex more' cf. Antoine pg. 201; Ov. praeter ‚de, in, per' etiam ‚ad ex' habet de Luc. nihil annotat Obermeier.) cf. Med. 802 ‚funereo de more'; idem: Phoen. 357, Ag. 314 — ‚per': Phoen. 300 ‚per nefas'; Oed. 862 ‚per tam cruentas vias'; Ag. 984 ‚per scelera natus'; ib. 989; Oet. 92, 102, 159. — ‚in': Ag. 672 ‚in varios modulata sonos'. — Restat, ut dicam Senecam si ablativo modi adiectivum adiunctum est, ut bonos scriptores et etiam Ov. et Luc. ‚rarissime praepositionem ‚cum' usurpare. Hoc unum exemplum inveni: Thy. 399 nullo cum strepitu. Non multum ipitur in adhibendo hoc ablativo Sen. a scriptoribus aureae aetatis dissentit.

Neque aliter res se habet in usu ablativi limitationis sive relationis, qui dicitur. Satis multa huius ablativi exempla, quae, omnibus quidem temporibus eodem fere modo usurpatur, apud Sen. legi: cf. Herc. fur. 500 ‚dest una numero Danais'; Tr. 465 sequ. ‚talis incessu fuit ‚habituque talis'; ib. 467 ‚celsus umeris' ib. 702; Herc. fur. 114 ‚manu fortis', ib. 1125 sequ.; ib. 1004; Oed. 299, 1052 etc.

De ablativo causae dicendum est, in universum Senecam cum optimis scriptoribus congruere. Nam consentiens cum Cicerone, Caes., Sall. rarissime causam extra subiectum positam hoc ablativo exprimit, cum apud Ov. saepe ita ablativus legatur. (cf. Hau pg. 115) Ex Seneca affero: Phoen. 618 ‚crimine alieno exulas'. — Ad causam significandam, quae in ipso subiecto posita est, toties fere, sive enuntiationes verbum transitivum, sive intransitivum continent, solo ablativo utitur quoties participium addit.

Ov. saepius participium addit, quam omittit, de Verg. et Luc. nihil annotaverunt Antoine et Obermeier.

Haec exempla inveni, in quibus solus ablativus ad verbum transitivum spectans exstat: Med. 397 ‚si quaeris odio'; Oed. 800 ‚connubia matris Delphico admonitu tremo'; Thy. 290 sequ. ‚hac spe'; ib. 292; Herc. Oet. 811 ‚mortem metu consumpsit'; Oct. 154 ‚te iunxit invitam metu'; ib. 612. — Ablativus ad verba intransitiva vel passiva pertinet: Herc. fur. 621 ‚membra laetitia stupent'; ib. 946 ‚iraque totus fervet'; ib. 1298 ‚miserum metu cor palpitat'; Phoen. 352 ‚tumet animus ira'; ib. 350 ‚membra torpescunt gelu', Phdr. 645 ‚amore furis'; Oed. 630 sequ. ‚patria non ira deum / sed scelere raperis'; ib. 957; Oct. 106, 132, 507, 842.

Participium addit verbo transitivo: Herc. fur. 406 sequ. ‚improba / cupidine acti (sc. pugnamus); Phdr. 896 sequ. ‚tumultu territus / liquit'; Ag. 175 ‚amore captae captus — tenuit'; Oct. 47 sequ. ‚nec graves luctus (soror) valet / ira coacta tegere'. — Verbis intransitivis participium adiungit: Herc. fur 547 ‚qua spe praecipites actus ad inferos'; Med. 853 ‚vultus citatus ira riget'; Ag. 189 ‚amore incensus furit'; Thy. 98 ‚flagrat incensum siti / cor'; ib. 828 sequ. ‚trepidant pectora magno percussa metu'; Herc. Oet. 372; Oct. 712, 724.

Raro Seneca praepositionibus causam exprimit: ‚ob' Tr. 239 ‚ob luctum'. Ag. 23 ‚ob infandas manus'; Thy. 37 ‚ob scelera pulsi'; Phdr. 256 ‚ob hoc'. — ‚propter: Phoen. 336 ‚propter quod'; Herc. Oet. 290 ‚propter me'; ib. 1298 idem. Eaedem praepositiones apud Ov. inveniuntur.

De verbis, quae animi motum significant, annotandum est, nunquam Senecam, ut Verg., Ov., Luc., illa verba (laetare, ovare, exsultare) cum praepositione ‚in' cum ablativo coniungere. Raro ro etiam c. abl. inveni: Phdr. 1226, ‚me ovantem scelere'; Oct. 804 ‚exsultat — bonis'. Etiam talia adiectiva semper cum ablativo construuntur (Ov. saepius cum praep. ‚in') ‚felix' Oct. 405 sequ. ‚tam piis — / — alumnis: ib. 941 ‚thalamis'. — ‚laetus'. Herc. fur. 160 sequ. ‚laeta suo / parvoque domus. (Verg. cum genetivo cf. Antoine pg. 193) ‚superbus' Herc. Oet. 200 opibus.

De ablativi instrumenti usu imprimis commemorandum est, Senecam ut alios poetas, saepe personas, non solum, si instrumentum significant, quo quid efficitur, sed etiam, si ipsae agunt, n hoc casu ponere. Verg. hoc raro facit, saepe Ov. et Luc.

Huiusmodi exempla apud Sen. sunt: Herc. fur. 557 ‚uno tot populi remige transeunt‘; Tr. 344 sequ. sequ. ‚mundum tenet (sc. Achilles) Thetide aequor, umbras Aeaco, caelum Iove‘; Tr. 1076 sequ. ‚ducum / plebisque turba cingitur‘; Oed. 881 ‚liberis auctam domum‘; Ag 524 ‚quibus (sc. Danais) perimus‘; Thy. 1051 ‚premor natis‘; Herc. Oet. 701 ‚Baccho saucia maenas‘; ib. 1178 ‚morior Alcides quibus‘?; ib. 1191 ‚victa es duobus (i. e. Juno victa est primum ab Hercule, deinde a Deianira).

Loco huius ablativi praepositionem ‚per‘ usurpat, non ut personam, sed rem, qua aliquid efficitur, significat (ita etiam Cic.). Sed praepositiones ‚a, de, ex‘, quae apud Verg., Ov., Luc. inveniuntur, nunquam legi. ‚per‘ cf. Tr. 283 ‚tenebrae per quas irritat furor‘; Phoen. 224 sequ. ‚sonos / per quos — audiam‘; Thy. 743 ‚per utrumque vulnus moritur‘; Oct. 566 sequ. ‚vitae — causam / per quam voluptas oritur‘; ib. 842 ‚fracta per poenas‘.

Ad materiam, ex qua quid factum est, significandam Sen., ut boni scriptores, praepositionem ‚ex‘ adhibet, sed etiam discrepans ab his et congruens cum Verg. et Ov. solum ablativum, nunquam autem praepositionem ‚de‘ usurpat, quae item apud Verg. et Ov. legitur. cf. Herc. Oet. 658 ‚tenet e patulo pocula — fago‘. — Ablativus: Ag. 358 ‚tibi multifora tibia buxo — / canit‘; Fortasse huc pertinet: Med. 572 sequ. ‚est et auro textili / monile fulgens‘, et Oct. 634 sequ. ‚licet extruat marmoribus aulam‘. Item, ut et hoc attingam, statum ex quo persona vel res in alium transit, semper praepositione ‚ex‘ exprimit. Praepositionem ‚de‘, quam Ov. habet, apud Sen. non inveni. cf. Thy. 35 ‚miser ex potente fiat, ex misero potens‘; Herc. Oet. 279 ‚fiet ex famula nurus‘ etc.

Ablativus mensurae raro apud Senecam exstat, praecipue verba notionem comparativam exhibentia, aut intervallum inter duos homines vel locos significantia, vix unquam cum hoc ablativo constructa inveni. Haec quidem annotavi: ‚superare‘ cum voce ‚longe‘ coniungit, cum alii ‚multo‘ usurpent: Med. 92 ‚vir longe superet viros‘. — Cum comparativo ablativum iungit: (item Ov., apud Luc. in eiusmodi exemplis accusativum maiorem habere codicum auctoritatem dicit Obermeier pg. 68) Herc. fur. 377 ‚priusque multo‘. — Nunquam autem antecedente ‚quo‘ cum comparativo in enuntiato primario ‚eo‘ ponit, sed, ut Ovidius aut omittit demonstrativum, aut ‚hoc‘ adhibet. cf. Med. 889 sequ.

‚quo magis — / magis ardet'; Tr. 254 ‚quo plura — plura feras'; — ‚hoc' exstat: Oed. 83 sequ. sequ. ‚quoque sit dubius magis / status — / hoc pressius'; Tr. 259 sequ. ‚quoque Fortuna altius / evexit — / hoc se magis supprimere felicem decet.' — Utitur etiam ‚quanto — tanto': Phdr. 743 sequ. ‚pulchrior tanto — lucet / clarior quanto micat'; aut: ‚quanto — hoc' Phdr. 1086 sequ. ‚quanto magis / — hoc magis'.

Ablativum comparationis Sen. admittit pro ‚quam' cum nominativo et rarius pro ‚quam' cum accusativo. Liv. nunquam ablativum ponit pro quam cum accusativo, ex Vergilio Kern (zum Gebrauche des Ablativs bei Vergil, Schweinfurt 1881 pg. 31) tria exempla citat, satis multa autem apud Ov. leguntur, pauca apud Luc. Ablativus pro ‚quam' cum nominativo exstat: Herc. fur. 380 sequ. ‚res — / fratre ac parente carior' i. e. quam frater est; ib. 706 ‚ipsaque morte peior est mortis locus'; Tr. 366 sequ. ‚nobilior tuo / — cruore'; ib. 169 ‚maiora veris monstra'; ib. 783; Med. 433 sequ. etc. — Pro ‚quam' cum accusativo: Herc. fur. 611 ‚nocte quiddam gravius — vidi'; Tr. 784 sequ. ‚flebilius aliquid Hectoris magni nece / muri videbunt; Ag. 29 ‚maius aliud ausa commisso scelus'. —

Comparationem compendiariam, quae dicitur, boni Romanorum scriptores in universum raro usurpant, cum Liv. et Ov. Graecos imitantes saepius eam adhibeant. Apud Senecam nullum aliud exemplum legi nisi ablativum ‚solito', idque ter. (Ex Lucano Obermeier unum exemplum annotat: VI 215 ‚voto certior omni i. e. certior quam omnes voverunt) cf. Tr. 1139 ‚magis solito'; Ag. 716 ‚altior solito'; Thy. 267 ‚solito amplius.' — ‚amplius,' quod a ceteris scriptoribus plerumque ita adhibetur, ut attributa, numerum aut modum significantia, in eodem casu ponantur, qui omissis comparativis necessarius esset, Seneca cum ablativo construit (non alienum quidem ab usu Ciceroniano) Herc. fur. 1282 ‚labore bis seno amplius.'

Adiungendae sunt nonnullorum verborum constructiones:

‚mutare' bis inveni notione ‚vertauschen' ‚atque semel res, quae accipitur, in ablativo posita est (ita Verg. Ov., non Cic. aliique boni scriptores) semel praepositio ‚cum' adhibita est. cf. Thy. 298 ‚regno miserias ut mutet'; — ‚cum': Oed. 451 ‚caerulea cum pratis mutat freta.' — Item ‚permutare' cum ablativo: Thy. 598 ‚ima permutat levis hora summis.' — ‚fidere' congruenter

cum Cicerone cum dativo personae invenitur Oed. 24 ,mihi': Verg. et Ov. hoc verbum etiam cum dativo rei coniungunt; apud Sen. semper casus incertus est, itaque, utrum cum dativo an cum ablativo construatur, distingui non potest: cf. Tr. 1 ,regno'; Oed. 894 ,artibus novis'; Med. 306 ,tenui fidere ligno.' Hic versus a Leo quidem cum illo qui antecedit deletus est, quia dittographiam continerent v. 301 et 302. Sed talia apud Sen. saepius leguntur et hoc loco mihi omnino non alienum videtur a poetarum usu. Contra Peiper et Richter v. v. 305 et 306, quos Leo spurios esse contendit, servant, at v. 307 et 308 sine aperta causa delent. Equidem et hos versus tenendos esse censeo, quia quomodo in scriptoris verba venerint, nisi a poeta scripti non video. — ,Confidere' etiam saepius legi, sed nullo loco in aperto est, quo cum casu sit constructum. cf. Med. 221 ,regnis'; Phdr. 773 sequ. ,bono fragili'; Thy. 615 ,secundis'; Ag. 682 sequ. ,male confisae pelago.' — ,fidus' legi Med. 978 ,quicunque regum cladibus fidus.'

,niti' quod Verg. etiam cum praep. ,in' et accusativo construit (A. 12, 389 ,in hastam') Ov. semel cum praepositione ,in' et ablativo (non ita ni fallor Verg.) saepe cum abl., Sen. semper ita cf. Herc. fur. 1320 ,hac' (sc. manu) Thy. 600 ,genu nixae.' Semper igitur propriam significationem habet, metaphoricam non legi.

,perstare' apud omnes scriptores semper cum praepositione ,in', excepto: Tr. 589 ,quo' (sc. amore) cf. Draeger. pg. 556.

,consistere' ,sich mit anderen zusammenstellen, stehen' cum praepositione ,in' et etiam cum solo ablativo coniungitur. (Verg. quantum video semper cum ablativo.) cf. Med. 93 ,cum femineo consistit in choro.' – Cum ablativo Herc. Oet. 678 ,patrioque puer constitit axe.' Notionem exhibens ,auf etwas beruhen' quam apud Cic., Caes., Ov. habet, apud Sen. non legi.

Verborum, quae copiam et inopiam significant, apud Senecam exstant: ,complere, implere (Cic. et Liv. saepius cum genetivo, Verg., Ov. Luc. cum ablativo) replere, carere, egere, indigere', quae semper cum ablativo construuntur, itaque exempla afferre opus non est. Sed haec commemoratione digna esse puto: Cum verbum carendi Sen. saepe usurpet, verbum egendi semel inveni: Oet. 631 ,cunctis egens' (Verg. Hor., Ov., Luc., hoc participium cum genetivo iungunt). —

Praeterea affero adiectiva copiae et inopiae: ,cassus' cum

ablativo (ita apud poetas, ut Verg.) Tr. 603 ‚luce cassus' (In codicibus E et A traditur ‚luce caruit,' in nonnullis deterioribus ‚luce cassus', quod si sententiam totius loci spectas praeferendum videtur. Itaque suo iure Heinsius et postea Leo hoc in scriptoris verba receperunt. Peiper et Richter scripserunt ‚luce caruit.') —

‚dives' apud Verg. et Hor. cum ablativo et genetivo, apud Sen. ut apud Luc. cum ablativo: Med. 333 ‚parvo dives.' — ‚fertilis' (Verg. semel cum genetivo saepius c. abl., Ov. cum genetivo et ablativo) cum ablativo: Ag. 852 ‚arbor — pomis aureis.' —

‚liber' Verg. (ni fallor) cum ablativo et genet. Ov. cum ablativo et praepositione ‚ab', Sen. semel cum genetivo (saepius hoc Luc.) Phdr. 492 ‚spei metusque.' Saepius congruenter cum bonis scriptoribus cum ablativo: Tr. 100 sequ. ‚nodo'; Herc. Oet. 1899 ‚Antaeo'; ib. 1908 ‚pondere.'

‚nudus' cum ablativo (Ov. cum genetivo et ablativo): Herc. fur. 1210 ‚silvis'; Herc. Oet. 360 ‚nudus auro crinis.'

‚orbus' cum ablativo: Med. 863 ‚tigris orba natis.' — cum genetivo (ita etiam alii poetae, ut Ov.) Oed. 996 ‚luminis.'

‚immunis' cum ablativo et praepositione ‚a' (Verg. et Ov. genetivo utuntur, Luc. semper ablativo) Phdr. 1054 ‚metu'; Oed. 52; Ag. 69. — Praepositio: Thy. 48 ‚non sit a vestris malis immune caelum.'

‚plenus' a Verg. et Luc. plerumque cum ablativo, ab Ov. multo saepius cum genet. construitur, a Sen. semel cum genetivo, saepius cum ablativo: cf. Tr. 800 ‚plenus mei'; — cum ablativo: Herc. fur. 969 ‚Centauris'; Phdr. 163; Oed. 152; Ag. 26; Herc. Oet. 1000, ib. 1701.

‚refertus' cum ablativo rei etiam apud ceteros: Med. 485 ‚domus — gaza.'

‚vacuus' Hor. et Ov. cum genetivo, Sen. cum ablativo: Herc. fur. 769 ‚onere'; Phdr. 146 ‚metu'; ib. 391.

‚viduus': Oed. 111 sequ ‚viduas colonis terras'.

Restat, ut annotem, verba quae sunt ‚uti, frui, fungi, potiri, a Sen. semper cum ablativo construi.

De Genetivo.

In genetivi usu Seneca maximam in partem consentit cum meliroibus scriptoribus, itaque de hoc casu non multum dicendum

est. Discrepantia quaedam exstat in adhibendo genetivo partitivo et in constructione nonnullorum adiectivorum. Nunquam duo genetivi inter se pendentes legi, id quod apud Cic. Caes. saepius invenitur.

Usus omnibus fere poetis communis est substantivum loco adiectivi ponere, ut ex hoc substantivo alterum pendeat, quo clarius et apertius personam sive rem nobis ante oculos ponant. Satis multa eius modi exempla inveni, ex quibus affero: Herc. fur. 652 ‚torpet acies luminum'; (cf. v. 653 ‚hebetesque visus' idem: ib. 1042 sequ. ‚errat acies luminum / visusque marcor hebetat' (recte de Wilamowitz ‚marcor' scripsit pro ‚maeror' sive maemor, quod codicibus traditur. Errorem enim librarii statuendum esse apparet,) Tr. 1144 ‚formae decus'; Med. 412 ‚vis ignium'; ib. 750 ‚noctium sidus'; Herc. Oet. 237 ‚paelicis captae decus'; ib. 367 ‚vim stupri passa'; ib. 787 ‚clavae pondus'; ib. 1037 ‚torrentis rapidi fragor.'

Genetivum appositionalem, quem Draeger vocat, quo pro appositione in eodem casu genetivus, si nomen loci continet, ponitur, apud Sen. non saepe legi. Haec enim constructio Graeca est, atque apud meliores scriptores raro invenitur, (Draeger ex Cic. unum citat exemplum) saepius apud Verg., Ov., Liv. cf. Thy. 292 ‚Libycae Syrtis — fretum'; ib. 376 ‚Danuvii vadum'; Herc. Oet. 586 sequ. ‚Acheloi — / — vadum.'

Genetivus epexegeticus, qui etiam in plurimis eorum exemplorum, quae modo attuli, statuendus est, saepe pendet a vocibus quae sunt ‚nomen, genus' etc. cf. Herc. fur. 705 ‚serpentum genus'; Herc. fur. 1257 ‚nomen sceleris'; Phdr. 230 ‚omne feminae nomen'; Phdr. 203 ‚Veneris numen.' — Adiectivum ponitur: Herc. Oet. 1485 ‚tu, genus Poeantium; Oct. 251 ‚nomen Augustum inquinat.'

Genetivus possessivus apud Sen. semel ita invenitur, ut ‚uxor' desideretur: Oct. 942 Livia Drusi (sc. uxor.) Saepe hoc apud. Verg. (cf. Antoine pg. 81) et apud Ov. ex Luc. Obermeier pg. 47 unum exemplum affert II 343 Catonis Marcia (sc. uxor). Aliud exemplum genetivi possessivi est: Med. 137 sequ. ‚(Jason) alieni arbitri / iurisque factus.'

Genetivum qualitatis raro cum nominibus propriis, saepius cum appellativis coniungit Sen., neque dici potest discrimen esse in usu ablativi et genetivi qualitatis, quae res item se habet apud Verg. et Ov. Genetivum cum nominibus propriis coniunctum legi:

Herc. fur. 916 ‚nobilis Dircen aquae.' (Sic enim cum E legendum esse iam vidit Gronovius. A habet: ‚nobiles Dirces aquae' cf. adnotatio Gronovii ad hunc versum in editione Schroederi.) Ag. 1104 ‚quis sedis incertae Scytha.' — Cum nominibus appellativis: Phoen. 188 ‚hoc decebat roboris tanti virum'; Med. 61 nivei femina corporis'; ib. 826 ‚vivacis fulgura flammae'; Phdr. 208 ‚tecta sani moris'; ic. 1139, humilis tecti plebeia domus'; Oed. 763; Oet. 152, 397, 641.

Neque rarius Sen. ablativum qualitatis usurpat. Cum nomine proprio coniunctum: Med. 35 ‚gemino Corinthos litore'; Herc. Oet. 591 ‚flavus rupto fonte Lycormas'; Oct. 2 sequ. ‚surgit Titan / radiante coma.' — Item cum nominibus appellativis: Herc. fur. 142 ‚nondum rupta fronte iuvencus'; ib. 853 ‚comis nondum positis ephebi'; ib. 536 ‚mutis tacitum litoribus mare' Tr. 379 ‚profugo spiritus halitu'; Phoen. 67 ‚rupes arduo iugo'; Phdr. 754 ‚intonsa iuvenis — coma'; ib. 768 ‚folio ut lilia pallido'; ib. 65 ‚latisque feri cornibus uri'; ib. 1103 ‚acutis asperi vepres rubis'; Oed. 167 sequ. ‚durus senio / navita crudo'; Thy. 163 sequ. ‚pomaque desuper — foliis mitia languidis.' —

In usu genetivi obiectivi Sen. nunquam formam gerundii usurpat, unum locum inveni, ubi praepositio ‚ad' posita est: Med. 267 ‚nequitia ad audenda omnia'. Ov. et Luc. pro hoc genetivo saepe praepositiones (in, pro, etc.) ponunt, de hoc Vergilii usu nihil dixit Antoine. — Saepe autem apud Sen. legi genetivos ‚mei tui, nostri, suorum' cf. Herc. fur. 382 ‚odium tui'; Phoen. 658 ‚amor suorum'; Med. 556 ‚memoria nostri'; Phdr. 438; Oct. 132, 494, 542. — Praeterea affero: Herc. fur. 400 ‚sine legum metu'; Tr. 869, ‚sine metu mortis'; Phoen. 301 ‚patris — pudor'; Phdr. 540 ‚lucri furor'; ib. 542 ‚imperii sitis'; ib. 645 ‚amore Thesei'; ib. 373 sequ. Oed. 244 ‚curam perempti'; Ag. 175 ‚amore captae'; ib 177, 189, 547, 590; Thy. 572 ‚timor belli'; Herc. Oet. 449 ‚amor — clari — Alcidae'; Oct. 144, 323, 426, 883.

In constructione adiectivorum Seneca nonnulla habet commemoratione digna. De compluribus eorum iam egi, ubi ablativi usum tractabam, quia nonnulla adiectiva cum ablativo coniungit, quae alii cum genitivo construunt. Notabilia haec mihi videntur.

a. Adiectiva peritiae, imperitiae, similia: ‚avidus' saepissime cum genetivo, ut exempla omnia afferre longum sit, (cf. Phoen. 296 etc.) semel cum praepositione ‚ad': Herc. fur. 839 ‚ad novi

ludos avidus theatri' (cf. Draeger pg. 482, qui exempla ex Terentio et Liv. citat. — ‚conscius' cum genetivo: Thy. 633 ‚nefandi-monstri'; Herc. Oet. 1207 ‚laudis' etc. — Cum dativo: (raro hoc apud bonos scriptores, imprimis apud Cic., invenitur autem apud Verg.) Phdr. 107 ‚tacitis conscias sacris faces'; Med. 6. ‚tacitisque — conscium sacris'; — ‚incertus', ut Verg., Ov., Luc. saepe cum genetivo Sen. construit: Herc. fur. 184 ‚sui'; Tr. 898 ‚voti'; Oed. 312 ‚viae'; idem: ib. 656. — ‚praesagus' cum genetivo (item Verg., Ov., Luc.) Thy. 958 ‚sui praesaga mali'. ‚praescius' ut Verg. cum genetivo: Ag. 322 ‚fatorum — Manto'. — ‚dubius' Verg., Ov., Sall., Liv. cum genetivo, Luc. etiam cum dativo et praepositione ‚in' (I. 262 ‚dubiaeque in proelia menti'.) Sen. cum genetivo: Herc. fur. 152 sequ. ‚dubius / navita vitae'.

b. Adiectiva copiae, inopiae, similia: ‚ferax': Herc. fur. 259 ‚deorum terra'; ib. 697 ‚tellus Cereris aut Bacchi ferax'; Tr. 836 (Verg. et Ov. etiam cum ablativo.) ‚gravis' idem significans atque ‚plenus' cum genetivo (Verg. cum ablativo) Tr. 479 ‚(arx) invidiae gravis' — ‚inops' Cic. Verg. Ov. cum genetivo: Oed. 301 ‚lucis'; Ag. 721 ‚mentis'. — fecundus quod Hor. et Tac. cum genetivo construunt, Verg. et Ov. cum ablativo, Sen. aut cum ablativo aut cum genetivo, Sen. cum ablativo coniungit: Tr. 224 sequ. ‚pascuo — pingui'.

c. Praeterea affero: ‚capax' saepe cum genetivo ut apud Ov. et Luc.: Herc. fur. 755 ‚cumba populorum'; Oed. 267, 930; Thy. 645 sequ. etc. — ‚impos' (apud scriptores aureae aetatis omnino non legitur cf. Krebs in Antibarbaro; invenitur apud Plaut., Ausonium etc. cf. Klotz) cum genetivo Ag. 117 ‚sui'. — ‚expers' cum genetivo (Plaut. et Sall. etiam cum ablativo) Herc. fur. 165 ‚somni'; Tr. 675 ‚sui'; ib. 1106 ‚iuris'. — ‚consors' ut Cic. Ov. cum genetivo (Luc. etiam cum dativo IV 178 ‚studiis puerilibus consors aetas'.) Ag. 256 ‚thalami tui'; ib. 349 sceptri'; ib. 978 ‚pericli pariter ac regni mei'. — ‚particeps' semel cum dativo (Cic. Caes. cum genetivo) Herc. fur. 269 ‚regno'. — ‚potens' ut apud Verg., Ov., Luc. cum genetivo et ablativo coniungitur. Sed dici non potest, id quod Hau de Ovidio pg. 134 annotat, hoc adiectivum cum ablativo construi, si res indicetur, qua potentia contineatur, et cum genetivo, cum significet ‚aliquem alicuius rei dominum' vel ‚alicuius rei participem factum esse'. Conferas velim hos locos: Med. 509 ‚afflictis potens', quod idem

est atque ,afflictorum domina (sc. regina) et Oct. 196 ,tuis ne fieret hymenaeis potens' i. e. particeps. Cum ablativo porro (res indicatur, qua potentia continetur) Med. 217 ,decore regali'; Oct. 949 ,partuque potens'. — Cum genetivo (omnibus quidem locis potens idem significat atque ,alicuius rei dominus', nunquam alicuius rei particeps') Herc. fur. 300 ,frugum'; Phdr. 699 ,mei'; Oed. 254 ,ventorum'; ib. 868 ,tenebrarum'; Thy. 547 ,mentis'. ,pavidus' primum a Lucano cum genetivo coniungi putat Obermeier pg. 51, sed Seneca potius hoc adiectivum primum ita videtur adhibuisse. Invenitur etiam apud Tac. cum genetivo. Apud Sen. cf. Herc. fur. 293 ,lucis'; ib. 1075 ,leti'; Herc. Oet. 1955, pavidus regni'. — ,securus' cum genetivo (inde a Verg., Hor., Ov.) Phdr. 975 ,hominum'; Ag. 638 ,metus'; Thy. 720 ,sui'; idem: Herc. Oet. 1693. — ,praevius': Med. 71 ,gemini praevia temporis' (sc. stella).

Genetivus partitivus, de quo nunc agam, apud Senecam nunquam, ni fallor, pendet ab adiectivis masculini aut feminini generis in numero plurali positis. Raro id apud Verg. et Ov., nunquam apud Luc. invenitur. Dissentit autem Sen. ea re a bonis scriptoribus, quod hunc genetivum cum adiectivis neutrius generis coniungit, sed non tam saepe, quam alii poetae. Haec enim exempla inveni: ,tantum': Phdr. 718 ,sceleris'; — ,quantum' Oed. 7 ,malorum'; Oct. 503 ,cruoris'. — ,multum' Thy. 1043 ,sanguinis — mei' (cf. Tr. 121 sequ. ,multo / sanguine'. Ita semper, si non ex ipsa forma genus neutrum cognoscitur.) — ,parvum' Herc. Oet. 811 ,sui'. — ,sublime': Tr. 1148 sequ. ,ut primum ardui sublime montis tetigit'. — Adiectiva in numero plurali posita sunt (hoc quidem ut apud Ov. rarius, sed. Luc. multo saepius numerum pluralem quam singularem habet.) Tr. 1084 ,extrema montis — pracrupti'; Oed. 390 ,alta caeli'.

Genetivum partitivum pendentem a pronomine neutrius generis et ab adverbiis, quo etiam Cic. utitur, Seneca non saepius fere adhibet, quam pronomen et adiectivum sive substantivum in eodem casu positum. Consentit autem ea re cum Verg. et Ov., quod nunquam tales genetivi cum adverbiis ,eo, quo' connectit; (apud Luc. semel VII 406 hoc legitur: ,eo cladis';) Tr. 811 ,quid — cineris'; Phoen. 236 ,quid — mali'; Herc. fur. 358 sequ. ,quidnam —/ novi'; Med. 41 sequ. ,quid antiqui —/— vigoris'; Thy. 626 ,quid — novi'; idem: ib. 254 et Oed. 914; Herc. Oet. 1399

,aliquid mali'; Phoen. 298 ,pensi nihil'; Med. 993 ,nil facti'; Thy. 240 ,certi nihil' Herc. Oet. 171. Genetivus pendet ab adverbiis: Tr. 286 sequ. ,satis poenarum'; Oct. 447 ,sat consilii'; Med. 293 ,parum temporis'; Phoen. 271 ,sceleris'; etc. — In eodem casu atque neutra posita sunt adiectiva: Med. 395 ,magnum aliquid — efferum, immane, impium'; Phoen. 534 ,nil tale'; Phdr. 365 ,nil idem'; ib. 380, 176; Ag. 332 ,nil acre — magnumque'; ib. 517; Herc. fur. 30 ,quidquid horridum'; ib. 31; Tr. 281: Herc. fur. 595 ,quid inlicitum'; Med. 908 sequ.; Herc. Oet. 260 sequ. Herc. Oet. 1188, 1509; Oct. 840 ,quid simile'. Etiam notio adverbio ,satis' addita in eodem casu atque hoc posita est: cf. Herc. Oet. 1830 ,erunt satis praesidia' (Draeger, qui hoc exemplum pg. 452 citat, scripsit: ,erunt sat haec praesidia', quod ex coniectura Gronovii scriptum esse adnotatio critica Peiperi et Richteri nos docet. Sed nil mutandum esse censeo, itaque recte Leo cum codicibus scripsit: ,satis praesidia'.) Praeterea affero: ,quis deorum' Phoen. 280 et Thy. 3; at: ,quis deus' Herc. Oet. 1845. —

,uterque' cum substantivo saepius, nunquam cum pronomine coniunctum inveni, quamquam compluribus locis facile addi potuit cf. Tr. 1064 ,uterque (sc. eorum) tulit etc. — Cum substantivo: Tr. 1137 ,utrosque populos'; Oed. 361 ,utrumque caesum caput' etc. — ,unus' cum genetivo apud Sen. non legi, cum ut apud Cic. etiam apud Ov. saepius ita inveniatur; cum praepositione: Herc. Oed. 1842 ,una inter omnes terra'. — Non discrepans ab aliis scriptoribus saepe loco huius genetivi praepositiones usurpat, imprimis ,ex', rarius ,de' et ,inter'. Easdem praepositiones habet Luc., cum Ov. sane raro etiam ,in' adhibeat. Phoen. 55 ,pars summa magno e patris regno'; ib. 513; ib. 564 ,rex sit e vobis uter'; Med. 535; Phdr. 201; Med. 296; ib. 921; Oed. 1018; Thy. 1030; Ag. 741; Herc. Oet. 1496. — ,de': Ag. 413 ,laceras — classe de tanta rates; Thy. 122 ,de superis si quis'; — ,inter' cf. Herc. Oet. 1842.

Non multa verba ,memoriae' est ,oblivionis' apud Sen. exstant, quae omnia fere congruenter cum bonis scriptoribus cum genetivo sive accusativo coniungit. Commemoro autem, ,memini' in duobus cohaerentibus versibus ad personam spectans semel cum genetivo, semel cum accusativo construit: Ag. 157 ,meminisse sobolis — tuae' et v. 158 sequ. ,mimini / generum Achillem'. Versu 158 enim scripsit, ad rem spectans ,iugales filiae memini

faces', qua re adductus esse videtur, ut v. sequ. etiam accusativum ponat, quamquam ibi de persona sermo sit. — ,oblivisci' tam saepe cum genetivo etiam rei inveni, ut etiam Ag. 771 scribendum esse puto: ,oblitus sitis', quod codicibus interpolatis (A) confirmatur, cum E sitim exhibeat. Cum genetivo: Herc. fur. 292, 728, 808, 1203 etc. Verg. hoc verbum saepe cum genetivo, bis cum accusativo construit, cf. Antoine pg. 97. — ,misereri' cum genetivo (item Ov.) Tr. 694, 703; 762; Phdr. 623 etc.

Genetivum criminis, qui dicitur, Sen non usurpat, nisi apud vocem ,reus': Phoen. 252 ,sceleris nefandi'; Oed. 34 ,Phoebi'; Oct. 149 ,criminis ficti'. — ,arguere' saepius absolute positum est: Med. 501; Phdr. 721; Oct. 865. Cum ablativo ,scelere': Herc. Oet. 898. — cf. Phdr. 692 sequ. ,scelusque matris arguit —/ ambiguus infans', ubi ,arguere' idem significat atque ,prodere'. — ,damnare' cum ablativo ,morte': Herc. Oet. 888 (Ferd. Schultz ,Lateinische Sprachlehre' pg. 362 hoc ἅπαξ εἰρημένον totius latinitatis esse docet.) — Item ,convincere' cum ablativo ,scelere': Oed. 916. — ,absolvere' absolute: Oed. 662 sequ.: Herc. Oet. 934. Congruenter cum bonis scriptoribus dicit: ,multare fuga' Med. 192 et ,admissa sed iam morte puniri parum est' Oct. 825. —

Genetivus pretii, qui ab omnibus scriptoribus Romanis eodem fere modo usurpatur, etiam apud Sen. nihil ab usu optimorum alieni habet. Iungitur ut etiam saepe ab Ov. cum verbo quod est ,esse': Phoen. 2 ,tanti est'; idem: Phoen. 651. Ex usu ablativi pretii commemoro: ,constare': Herc. fur. 462 ,magno'; Tr. 357 sequ. ,ingenti mihi / mercede'. Phoen. 664. — ,emere': Ag. 170 ,cruore ventos emimus, bellum nece'; — Tr. 193 sequ., non parvo luit / iras Achillis Graecia et magno luet'. — ,aestimare' cum adverbio ,digne' legi: Tr. 244 ,merita si digne aestimas'.

Restat, ut annotem, qualis sit discrepantia ad casuum usu pertinens inter Herculem Oetaeum et ceteras fabulas.

De particula ,ei' cum dativo, quae apud Sen. non legitur nisi in Herc. Oet. 1024, 1172, 1181, 1205, 1402, 1784 (et Oct. 150) iam egit Leo (obs. crit. pg. 66 sequ.) Item de particula ,pro', quae bis non arte coniunctum est cum iis quae sequuntur: Herc. Oet. 1231 et 1803. —

,trepidare' transitive usurpatum est: Herc. Oct. 1058 (sapissime intrans.)

,ingemo' cum accusativo: Herc. Oet. 1785.

,quiseere cum accusativo Herc. Oet. 1586. — ,pro' cum accusativo: Herc. Oct. 770, saepe cum vocativo, qui casus ceteris in fabulis non apertus est. In enuntiatione a verbo, quod est ,licet' pendente Sen. dativum ponit: Herc. Oet. 29 (non in ceteris fabulis.) ,damnare morte': Herc. Oet. 888. Ablativum ,tramite' non legi, nisi: Herc. Oet. 676. — ,scelere arguere': Herc. Oet. 878 — ,satis' praesidia': Herc. Oet. 1830. — Si significatur actionem intra longius spatium actam esse Sen. saepe solo ablativo utitur, sed Herc. Oet. 1423 legi: ,toto in aevo'. (cf. Oct. 97.) Ad causam exprimendam nunquam praepositionem ,propter' legi nisi Herc. Oet. 299, 1298).

Affero etiam, quod Leo pg. 64 sequ. vidit: ,in Herc. Oet. interdum pronominis personalis casus genetivus ad substantivum ita accedit, ut ultro cum pronomine possesivo mutari possit.' 557, 954, 1217, 1502.

Haec commentatio iam typis mandabatur cum vidi de Hercule Oetaeo novam protulisse sententiam P. Melzer (,de Hercule Oetaeo Annaeana' Chemnitz 1890). Qui quidem Herc. Oet. Senecae relinquendam esse censet, quamquam nullam omnium Annaeanarum tragoediarum esse imperfectiorem concedit. Atque maxime ex arte scaenica hoc se demonstrare posse putat. Sed hanc rationem non certam esse vel ex ea re cognoscitur, quod Habrucker l. c. eadem via usus posteriorem tragoediae partem non a Seneca scriptum esse invenit. Cur autem haec Habruckeri sententia sibi displiceat nihil dicit Melzer. Etiam contra discrepantias in genere discendi inter Herc. Oet. et ceteras tragoedias nihil fere habet quod dicat. Leonem sane et imprimis Richterum in investigandis discriminibus longius processisse non negaverim, attamen multa et ea gravissima restant, quibus cum ego nonnulla nova adiecerim, mihi persuadere non possum ,posteriorem huius tragoediae partem ab eodem profectam esse quo ceterae tragoediae excepta Octavia scriptae sint.

THESES CONTROVERSAE

QUAS UNA CUM

COMMENTATIONE PHILOLOGICA,

QUAE INSCRIBITUR

„DE L. ANNAEI SENECAE POËTAE TRAGICI CASUUM USU RATIONE POTISSIMUM HABITA VERGILII, OVIDII, LUCANI“

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

NONIS MARTIIS A. MDCCCXCI

HORA IX

IN PUBLICO DEFENDET

AUGUSTUS PREISING

GUESTFALUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

HERMANNUS LEPPERMANN, DR. PHIL.
LAURENTIUS NIESSEN, DR. PHIL. ET CAND. PROBAT.
ADOLPHUS BRÜNING, DR. PHIL. ET CAND. PROBAT.

MONASTERII GUESTF.

EX TYPOGRAPHIA ASCHENDORFFIANA.

MDCCCXCI.

VITA.

Natus sum Augustus Preising ante diem X Kal. Nov. anni h. s. LXVI in urbe quae vocatur Hoerde patre Carolo, matre Clementina e gente Werra quos integris adhuc viribus uti valde gaudeo. Fidem profiteor catholicam. Litterarum elementis imbutus per septem annos et dimidium gymnasii Attendorniensis eram discipulus. Testimonium quod vocant maturitatis assecutus in Academia Monasteriensi per novies senos menses studiis philologicis operam dedi, ubi me docuerunt V. V. D. D. Storck, Langen, Stahl, Spicker, Niehues, Hagemann, Bartholomae, Milchhoefer, Jostes, Wuellner, Grimm, Schmidt. Seminarii regii philologici, cui praesunt Langen et Stahl per quinquies senos menses sodalis ordinarius fui, per sex menses senior; exercitationibus germanicis, ut interessem, benigne permisit Storck. —

Omnibus his, qui me docuerunt, imprimis V. V. D. D. Storck, Langen, Stahl, Grimm, optime de me meritis, gratias ago quam maximas.

THESES.

1. Iniuria Leo versus Senecae fabulae, quae Phaedra inscribitur inde a 1022 usque ad 1024 eiecit.
2. Posteriorem partem Herculis Oetaei fabulae a Seneca abiudicaverim.
3. Euripidis Iph. Aul. v. v. 364—369 et v. v. 373—375 delendos esse censeo.
4. In Lysiae Epith. § 23 scribendum propono: *οὐ λογισμῷ χρώμενοι πρὸς τοὺς κινδύνους.*
5. In Lysiae *κατ' Ἐρατοσθένους* orationis § 30 non *πάντες* sed *πᾶσιν ὀρίζεσθε* scriptum velim.
7. In eiusdem orationis § 50 *,ἐν τῷ λόγῳ* in *ἔν τῳ λόγῳ* mutandum esse puto.
7. Terentii Andriae v. 214 Spengelius non recte scripsit: ,quo iure quaque iniuria praeceps me in pistrinum dabit'.